Crim. 4
95

4° Crim. 95.

FRANCISCUS PRÆPOSITUS S. SALVATORIS POLLINGÆ. A. 1744.
AD BIBLIOTHECAM
IBIDEM.

912

PROBATI MICHAELIS PALEOLI

CIVILIS ADVOCATI CRIMINALISQVE

PRACTICA OECONOMICA POLITICA

SSMÆ RATIONIS STATUS

ADNEXA EUNOMIÆ APPROBATÆ

DE TAXA DEFENSORUM

SEV

DE HONORARIO DEBITO

SECUNDÙM

Jus Commune Reformationes Recentiſſimas Reſque Romanæ Curiæ Judicatas

Prò Acceſſibus, Epiſtolis, Contradictoriis, Proteſtationibus, Productionibus, Minutis, Commiſſionibus, Querelis, Libellis, Poſitionibus, Partitis, Articulis, Interrogatoriis, Inſtructionibus, Viſuris, Reſtrictibus, Summariis, Votis, Congreſſibus, Allegationibus, Reſponſionibus, Replicationibus, Memorialibus, Informationibus, Concordationibus, Sententiis, Appellationibus, Viaticis, Originalibus, Copiis, Impreſſionibus, Correctionibus, Diſtributionibus, Portationibus, Sportulis, Emolumentis, Peritiis, Interpretationibus, Depoſitionibus, Muneribus, Strenis, Cæteriſque functionibus & expenſis, In computo qualicumque uniuſcujuſque capituli cauſæve, Sivè Beneficialis Civilis Criminaliſve, Aùt extrajudicialitèr judicialitervè contingentibus.

NUNC CONCINNATUR NUPER

Novo Acroamate proficuo duplicique Indice ditiſſimo plenitèr Aperiente Nempe maximas res memorabiles, ſingulaſque concluſiones ſingulares, ad commoditatem amplam, Judicum ſuorumque Apparitorum, Defenſorum ſuorumque Adjutorum, Clientum ſuorumque Adductorum.

D. D. D.

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

ÆNEÆ SYLVIO PICCOLOMINÆO

CARDINALI S. R. E. AMPLISSIMO.

ROMÆ MDCCLXVII.

EX TYPOGRAPHIA ARCHANGELI CASALETTI AD MINERVAM.

SUPERIORUM PERMISSU.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Eminentiſs. & Reverendiſs. Principi

ÆNEÆ SILVIO

SANCTI HADRIANI DIACONO

S. R. E.

CARD. PICCOLOMINEO

PROBATUS MICHAEL PALEOLUS

Civilis Advocatus Criminaliſque.

FELICITATEM.

VEtus mos apud excultas gentes omni ætate uſitatus eligendi aliquem vel doctrinæ ubertate, vel dignitatis ſplendore clariſſimum, cui propriæ ingenii

cogitationes, & labores dedicarentur, fecit, ut mihi cupienti Opuſculum hoc meum ſuperiore anno editum, nunc autem auctum typis mandare, ſtatim Tu CARDINALIS AMPLISSIME, venires in mentem, atque ante oculos verſareris veluti is, cui magis dicandum conveniret, cum illa duo ſimul, quorum alterum tantum in eligendo inquiri dicebam, doctrinam, & dignitatem, in Te viderem tam mirificè conjuncta. Accedebat ad hoc non leve deſiderium meam erga Te obſervantiam meumque declarandi obſequium, quod facere me poſſe, niſi hac abrepta occaſione, haud facile videbam. His rationibus adductus Opuſculum hoc qualecumque eſt parum certe dignum perſona & amplitudine tua TIBI obtuli, tuique nominis claritate illuſtratum optavi, abunde iſtarum elucubrationum famæ conſulens talem ac tantum eis parando Patronum ac defenſorem. Poſceret a me, quod in more poſi-

tum

tum fuit iis, qui aliquid in lucem edunt, ut a majoribus tuis ſermonem inſtituens, & unamquamque percurrens ætatem tot Illuſtrium PICCOLOMINEÆ Gentis Virorum virtutes, & geſta commemorando, quorum inter cæteros veluti majus ſydus micat Pii II. ſplendor & gloria, tandem ad Te celebrandum devenirem, & omni laude, omni præconio digniſſimum probarem. Sed prohibet animi tui moderatio, prohibet modeſtia tanto magis omni laudatione prædicanda, quanto minus hæc omnia proferri permittit. Quid igitur reliquum eſt niſi Te, AMPLISSIME CARD., orare, ut ea humanitate qua me, qua cæteros ad Te venientes complecti ſoles, eadem hunc Librum excipias, & tanquam ſpecimen pignuſque reverentiæ in Te meæ tua auctoritate tuearis. Ego DEUM OPT. MAX. obſecro, Te tantum Virum, de quo non ob dignitatis amplitudinem, non ob generis

no-

nobilitatem, quæ cum aliis habes communia, ſed ob rerum prudentiam, & in agendo dexteritatem omnes omnia ſibi pollicentur, ſalvum & incolumem ad Chriſtianæ Reipub. incrementum, ad Italiæ noſtræ ſplendorem, velit diutiſſime conſervare, & benefaciendi parem animo ampliſſimam largiri facultatem. Datum Romæ Idibus Auguſti CIↃ IↃ CCLXVII.

IMPRIMATUR,
Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Dom. Jord. Patriarcha Antioch.
Viceſgerens.

OPuſculum Anonymum, ſub titulo ſcilicèt, Votum pro veritate Honorarii Civilium Defenſorum, Criminaliumque &c., De mandato Reverendiſſimi Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri perlegi, laudavi, & typis tradi poſſe cenſui die 30. Novembris 1765. Cum modo auctum in lucem prodeat, ſub alio titulo, nimirum; *Practica OEconomica Politica &c.*, & Auctorem manifeſtet Probatum Michaelem Paleolum Advocatum, nihil impedimento eſſe comperi, quo minus utile hujuſce operis propoſitum; ejuſque Auctorem omnigena Juris eruditione refertum, commendare iterum valeam. Multum laudis huic Opuſculo ex eo etiam nuper accedit, quod nomen inſcriptum præſeferat Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Domini Cardinalis AEneæ Sylvii Piccolominæi, in quem Horatius forte caneret = *Nil viget quidquam ſimile aut ſecundum: proximos illi tantum occupavit Pallas honores* = Utinam ea ſuæ Dignitatis munera exerceret, unde eximiam animi ſui Magnitudinem natura comparatam, & ad comune bonum natam, in omnes effundere poſſet. Romæ die 15. Julii 1767.

Petrus Pompilius Rodotà in Romana Curia Advocatus.

IMPRIMATUR,
Fr. Thomas Auguſtinus Richinii Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

INDEX

MAXIMARUM RERUM MEMORABILIUM

Prò Traducendis Paritèr Taxæ Partitis

Abſquè Indice minuto regularum multarum Inferius Adeundo

ACROAMA

SUpèr Nomine Indiceque Nunc Suppleto, Atquè Duplici Alia Digreſſione Adjecta, Tangente Practicam OEconomicam Politicam Taxamque. *In princ.*

EXORDIUM.

Supèr dubio cùm Reſolutione congrua decertato Subſequentèr. *pag.* 1.

Practica OEconomica Politica habet exemptionem ab hoc dubio *Exord. n.* 1. *pag.* 1.

Ratio hujus exemptionis aſſignatur §. 5. *n.* 60. *pag.* 74.

§. I.

An debeatur Honorarium Prò defenſione cauſarum criminalium analogicè cùm litibus Civilibus? Reſolutio firmatur. *pag.* 5.

Practica OEconomica Politica habet exemptionem ab hac Reſolutione §. 1. *n.* 1. *pag.* 5.

Ratio hujus exemptionis aſſignatur §. 5. *n.* 60. *pag.* 74.

§. II.

Quibus debeatur Honorarium Prò defenſione cauſarum criminalium analogicè cùm litibus civilibus? Reſolutio firmatur. *pag.* 11.

Practica OEconomica Politica habet exemptionem ab hac Reſolutione §. 2. *n.* 1. *pag.* 11.

Ratio hujus exemptionis aſſignatur §. 5. *n.* 60. *pag.* 74.

§. III.

§. III.

Quale debeatur Honorarium Prò defenſione cauſarum criminalium analogicè cum litibus civilibus? Reſolutio firmatur . *pag.* 20.
Practica OEconomica Politica habet exemptionem ab hac Reſolutione §. 3. *n.* 1. *pag.* 20.
Ratio hujus exemptionis aſſignatur §. 5. *n.* 60. *pag.* 74.

§. IV.

Quantum debeatur Honorarium Prò defenſione cauſarum criminalium analogicè cum litibus civilibus ? Reſolutio firmatur . *pag.* 28.
Practica OEconomica Politica habet exemptionem ab hac Reſolutione §.4. *n.* 1. *pag.* 28.
Ratio hujus exemptionis aſſignatur §. 5. *n.* 60. *pag.* 74.

§. V.

Quomodò debeatur Honorarium Prò defenſione cauſarum criminalium analogicè cùm litibus civilibus ? Reſolutio firmatur . *pag.* 40.
Practica OEconomica Politica habet exemptionem ab hac Reſolutione §. 5. *n.* 1. *pag.* 40.
Ratio hujus exemptionis aſſignatnr §. 5. *n.* 60. *pag.* 74.

T A X A

Secundùm Conſuetum Romanæ Curiæ Stylum .

Cum Individuo Pretio Intùs Conſpiciendo . *pag.* 40.
Practica OEconomica autem Politica Diverſum ab Prædicto Obtinet Pretium §. 5. *n.* 1. *pag.* 40. §. 5. *n.* 60. *pag.* 74.

AD USUM AGENTIS.

Prò Acceſſu ad Procuratorem & alios, adeſt Taxa *pag.* 41.
Prò impetranda Subſcriptione Commiſſionis, adeſt Taxa *pag.* 42.

Prò faciénda Præſentatione Memorialis, adeſt Taxa pag. 42.
Prò rehabendo Memoriali cum Reſcripto, adeſt Taxa pag. 42.
Prò obtinenda Expeditione Monitorii, adeſt Taxa pag. 42.
Prò expedienda Citatione Speciali, adeſt Taxa pag. 42.
Prò expediendis Litteris Compulſorialibus, adeſt Taxa pag. 42.
Prò expediendo Inſtrumento Decreti, adeſt Taxa pag. 42.
Prò expediendis Juribus idgenus, adeſt Taxa pag. 42.
Prò obtinenda Subſcriptione Fiſci Civilis, adeſt Taxa pag. 42.
Prò obtinenda Subſcriptione Fiſci Criminalis, adeſt Taxa pag. 42.
Prò ſupplenda Opportunitate Circumſtantiarum, adeſt Taxa pag. 42.
Prò curanda Copia Scripturarum, adeſt Taxa pag. 42.
Prò celeranda Impreſſione earumdem, adeſt Taxa pag. 42.
Prò redimenda Communicatione ipſarum, adeſt Taxa pag. 42.
Prò notanda Expreſſione proteſtationum, adeſt Taxa pag. 42.
Prò confrontanda Forma decretorum, adeſt Taxa pag. 42.
Prò habenda Accomodatione actorum, adeſt Taxæ pag. 42.
Prò adimplenda Reportatione eorumdem, adeſt Taxa pag. 42.
Prò urgenda Terminatione ipſorum, adeſt Taxa pag. 42.
Prò exigenda Summa pecuniarum, adeſt Taxa pag. 42.
Prò procuranda Commendatione Cauſæ, adeſt Taxa pag. 42.
Prò ſubeundo Labore Cæterorum innumerabilium aliorum ſimilium Acceſſuum, adeſt Taxa pag. 42.
Prò Epiſtolis ab Agente Scriptis Clienti, adeſt Taxa pæg. 43.

AD USUM SOLLICITATORIS.

Prò Contradictorio coràm Judice Locumtenente, adeſt Taxa pag. 44.
Prò Contradictorio coràm Capite Tribunalis, adeſt Taxa pag. 44.
Prò Contradictorio coràm Auditore Signaturæ, adeſt Taxa pag. 44.
Prò Contradictorio coràm Præfectomet Signaturæ, adeſt Taxa pag. 44.
Prò Contradictorio coràm Auditore Papæ, adeſt Taxa pag. 44.
Prò Contradictorio coràm Cardinali alicujus Congregationis, adeſt Taxa pag. 44.
Prò Contradictorio extrà horam ſolitæ Audientiæ, adeſt Taxa pag. 44.
Prò Proteſtationibus, adeſt Taxa pag. 45.
Prò Productionibus, adeſt Taxa pag. 46.

AD USUM PROCURATORIS.

Prò Minuta Procuræ, adeſt Taxa *pag.* 46.
Prò Minura Declarationis, adeſt Taxa *pag.* 46.
Prò Minuta Apocæ, adeſt Taxa *pag.* 46.
Prò Minuta Fidei, adeſt Taxa *pag.* 46.
Prò Minuta Privatæ Scripturæ cujuſvis, adeſt Taxa *pag.* 46.
Prò Miuuta Exculpationis Criminis, adeſt Taxa *pag.* 47.
Pro Commiſſione litis cauſæve *pag.* 47.
Prò Querela exponenda Criminis, adeſt Taxa *pag.* 48.
Prò Poſitionibus Pertinentibus, adeſt Taxa *pag.* 48.
Prò Partitis Deciſivis, adeſt Taxa *pag.* 48.
Prò Articulis, adeſt Taxa *pag* 49.
Prò Interrogatoriis, adeſt Taxa *pag.* 49.
Prò Inſtructionibus, adeſt Taxa *pag.* 49.
Prò Motivis occurrentibus *ùt infrà notatis* quoad Procuratorem & Advocatum, adeſt Taxa *pag.* 50.

AD USUM ADVOCATI.

Prò Motivis occurrentibus *ut ſuprà indicatis* quoàd Advocatum & Procuratorem, adeſt Taxa *pag.* 50.
Prò Viſura jurium, adeſt Taxa *pag.* 51.
Prò Reſtrictu proceſſus ſeù Summario primario, adeſt Taxa *pag.* 52.
Prò Summario ſecundario ſeù Summa probationum, adeſt Taxa *pag.* 53.
Prò Voto Veritatis, adeſt Taxa *pag.* 54.
Prò Congreſſu ſuper Voto, adeſt Taxa *pag.* 54.
Prò Allegatione, adeſt Taxa *pag.* 55.
Prò Reſponſione, adeſt Taxa *pag.* 57.
Prò Replicatione, adeſt Taxa *pag.* 57.
Prò Memoriali, adeſt Taxa *pag.* 58.
Prò Informatione coràm Judice, adeſt Taxa *pag.* 59.
Prò Informatione coràm Perito, adeſt Taxa *pag* 60.
Prò Concordatione Facti, adeſt Taxa *pag.* 60.
Prò Cedula Sententiæ, adeſt Taxa *pag.* 61.
Pró Interpoſitione Appellationis, adeſt Taxa *pag.* 61.
Pro Viaticis occaſione Functionum extrà locum; adeſt Taxa *pag.* 63.

AD USUM ALIORUM.

Prò Expenſis occurrentibus *ut infrà notatis* quoad omnes & ſingulas, adeſt Taxa *pag.* 62.
Prò Vecturis & Curru; adeſt Taxa *pag.* 63.
Pro Originalibus Scripturarum, adeſt Taxa *pag.* 64.
Prò Copiis earum, adeſt Taxa *pag.* 64.
Prò Impreſſionibus earumdem, adeſt Taxa *pag.* 66.
Prò Correctionibus ipſarum, adeſt Taxa *pag.* 66.
Pro Diſtributionibus ipſiſſimarum, adeſt Taxa *pag.* 67.
Pro Portationibus Epiſtolarum, adeſt Taxa *pag.* 67.
Pro Cambiis Pecuniarum, adeſt Taxa *pag.* 68.
Pro Sportulis Judicis, adeſt Taxa *pag.* 68.
Pro Extenſione Deciſionis clientis, adeſt Taxa *pag.* 69.
Pro Copia Deciſionis contrariæ, adeſt Taxa *pag.* 69.
Pro Emolumento Notarii, adeſt Taxa *pag.* 69.
Pro Emolumento Curſoris, adeſt Taxa *pag.* 69.
Pro Emolumento Baroncelli, adeſt Taxa *pag.* 69.
Pro Emolumento Cuſtodis carcerum, adeſt Taxa *pag.* 69.
Pro Emolumento Cæterorum aliorum, adeſt Taxa *pag.* 70.
Pro Peritis in Arte vel Scientia, adeſt Taxa *pag.* 70.
Pro Perito Calculatore, adeſt Taxa *pag.* 70.
Pro Perito Scriptore, adeſt Taxa *pag.* 70.
Pro Perito Medico, adeſt Taxa *pag.* 70.
Pro Perito Chirurgo, adeſt Taxa *pag.* 70.
Pro Perito Curiali, adeſt Taxa *pag.* 70.
Pro Interprete Idiomatis, adeſt Taxa *pag.* 70.
Prò Interprete Examinis, adeſt Taxa *pag.* 71.
Pro Teſtium examinandorum mercede, adeſt Taxa *pag.* 71.
Pro Perſonarum aliarum mercede, adeſt Taxa *pag.* 72.

AD USUM DONORUM.

Pro Donis occurrentibus *ut infrà notatis* quoad Defenſores Notarios Aulicos & Similes, adeſt Taxa *pag.* 72.
Pro Feria Auguſti quoad munera Defenſorum, adeſt Taxa *pag.* 72.

Pro

Pro Feria Natalis quoad munera Defenſorum, adeſt Taxa *pag.* 72.
Pro Magnitudine Scripturæ quoad munera Defenſorum, adeſt Taxa *pag.* 72.
Pro Victoria Cauſæ quoad munera Defenſorum; adeſt Taxa *pag.* 72.
Pro Juvenibus Defenſorum quoad recognitionem eorumdem, adeſt Taxa *pag.* 73.
Pro Juvenibus Notariorum quoad recognitionem eorumdem, adeſt Taxa *pag.* 73.
Pro Subſtitutis Notariis quoad ſtrenam eorumdem, adeſt Taxa *pag.* 73.
Pro Aulicis Judicum quoad ſtrenam eorumdem, adeſt Taxa *pag.* 73.
Pro Stafferiis Judicum quoad ſtrenam eorumdem, adeſt Taxa *pag.* 73.

COROLLARIUM.

Supèr Practicæ OEconomicæ Politicæ Schemate.

Cùm Exceſſivo Honorario Eidem Computato. *pag.* 74.
Raynaldus contritiſſimus ſententiam huic ſententiæ contrariam Retractat. *pag.* 92.

CONSIDERATIO.

Supèr Regula Utraque Rationis Status.

Circa Practicam Oeconomicam Politicam Compoſita: *pag.* 78.
Raynaldus contritiſſimus ſententiam huic ſententiæ contrariam Retractat. *pag.* 92.

RESTAURATIO.

Supèr Practica OEconomica Politica Statutaria.

Cùm Senatus Romani Sanctione Concordata. *pag.* 79.
Raynaldus contritiſſimus ſententiam huic ſententiæ contrarium Retractat. *pag.* 92.

REGISTRUM.

Supèr Actis Juridicis Atquè Statutariis.

Circà Prâcticâm Oeconomicâm Politicâm Compiiatis. *pag.* 82.
Raynaldus contritiſſimus ſententiam huic ſententiæ contrariam
Retractat. *pag.* 92.

CONSTITUTIO.

Supèr Practica OEconomica Politica Secreta.

Cum Publicatione Inquiſitis met Proceſſus Conceſſa. *pag.* 86.
Raynaldus contritiſſimus ſententiam huic ſententiæ contrariam
Retractat. *pag.* 92.

CALCULUS.

Supèr Privilegiis Quibuſvis Procedendi Sic.

Citrà Academicos Tamèn Atquè Curiales. *pag.* 92.
Raynaldus contritiſſimus ſententiam huic ſententiæ contrariam
Retractat. *pag.* 92.

INDEX

Singularum Concluſionum Singularium.

PRÆCISIS TANTUMMODO PRETII TAXÆ PARTITIS

Apud Indicem maximarum rerum memorabilium Indicatis Antêr *pag.* 97.

PROBATI MICHAELIS PALEOLI

CIVILIS ADVOCATI CRIMINALISQUE

ACROAMA

AMABILI PARACLETO AMICO

DOCTUM SANUMQUE CONSILIUM SUUM DANTI

Addendi Nomen Indicemque Jam Nunc Additum

OPUSCULO HUIC OLIM HISCE ORBATO.

I.

Uidcquid duobus abhinc annis neglecto Nomine authoris & Indice materiarum erupit è calamo Mei ſcriptum, ſeriò directum ſiquidem, ad clarè catholicequè diſsolvendum reſpectivè,& Claudii Cæſaris NeroniſveImperatoris enigmaticum Honorarium conceſsum Defenſoribus,& Selim Primi Barbari turbolentam Practicam OEconomicam Politicam, juxtà multos authores adnotatos meo in *Opuſculo dè Honorar. Defenſor. §. 1. n. 2. §. 4. n. 1. & §. 5. n. 60.*, cum ego totum id requiſitus pro Voto Veritatis ſcripſerim occaſione tunc occurſa magnæ quæſtionis motæ, atquè meherclè ſaginatæ adinſtar Xylophagi, inter plures perſonas judicialitèr contendentes, juxtà expreſſionem ingenuè inditam eodem in *Opuſculo dè Honorar. Defenſor. Prælud. num. 2. ad n. 5.*, haud debueram profectò ponere in Voto Veritatis iſtjuſmodi tuncmet Nomen meum Indicemque ſuum, òb probabilem notam in circumſtantiis illis fortè incurſuram vanæ gloriæ, èx Reſolutione Dubii a me edita cum fælici exitu, non ſic aliis ſicut mihi fortunatè ſortita, juxtà opinionem Doctorum præſertim Urſayæ & Staphilæi in *Opuſculomet dè Honorar. Defenſor. §. 5. n. 60. & n. 80. ad n. 83.* Verum quoniam

niàm idipſum ita impreſſum fuit citrà ideam ullam ſtruendæ arcis adinſtar Valerii Publicolæ in Yela ſeù Velia; & ab Emendatoribus Comitibus Curiæ Ictis die 27.Novembris 1765.fuit ſecretè detectum meum;& a Reviſoribus Sacri Palatii Apoſtolici die 30.Novembris & die 3.Decembris 1765.fuit apertè denunciatum meum;ac à Paracletis diſceptantibus in Camera Papæ die 5.Martii 1766. fuit opportunè diſcuſſum meum; àtquè à Miniſtro Supremo Monarchiæ Potentiſſimæ die 25.Octobris 1766. fuit urbanè declaratum meum, juxtà verba pleniùs videnda in *Enchiridion dè Dation. Docend. Prælud. n.9. ad n.10.* = *ibi* = Paſſai alla Sovrana Intelligenza del Rè l' Oggetto „ Zelante di tale ſua Impreſa, in Vantaggio anche de' Sud- „ diti di queſta Corona . Hà Sua Maeſtà lodato il di lei Ze- „ lo e Fatiga ; uniſco, nel mio particolare a tale riſcontro , „ la Dichiarazione della Stima concepita del di lei Merito =. Ideoque ſtantibus præmiſſis àc per te diſceptantem in Camera Papæ ſuaviter mihi inſinuatis , Amabilis Paraclete Amice, precipuè cum ſuaſione forti mihi facta, ad obſervandas omninò concluſiones a me traditas ex Raynaldo & Pratejo in *Opuſculomet de Honorar. Defenſor.§.5. n.*80. *& in Enchiridion de Ration. Docend. cap.* 3.*n.*3., fui coactus vi iſthac tua interpretativa induere opuſculum iſtiuſmodi Nomine, cognomineque probati Mei authoris àc Indice rerum memorabilium concluſionumque ſingularium , adinſtàr legalium librorum aliorum , juxtà caſum etiam commutatæ impreſſionis *Farinac. in Theoric. & Practic. Crim. Epiſtol. ad Cardinales Perbenediſtum & Hieronymum Matthejos verſic. quod ſi ità ſe res habet par.*1. *tom.* 1. = *ibi* = Quemadmodùm „ profectò Docti omnes & intelligunt & affirmant, nemi- „ ni mirum videri debet, ſi quod primum editum eſt mea- „ rum in juris ſtudio vigiliarum Librum, id in altera hac „ editione nova quadam cum inſcriptione, novam quoquè „ voluminum partitionem præſeferat . Ac me quidèm a- „ priore inſtituto nèc levitèr nèc imprudentèr receſſiſſe, ſa-

„ tis

„ tis arbitror, clarum erit, ſi conſilii mei rationem, „ quam breviſſimè fieri poterit, explicavero =.

2. Non àb re hac etiam alienum eſſe authumo, quaſi Parergon quoddam, punctualitèr hìc ſubjungi duplex aliud nòn protritum, præciſis ſummis principiis ſtudioſorumque privilegiis *Opuſcul. dè Honorar. Defenſor.* §. 5. *n.* 72. *ad n.* 79. perluſtrandis amplius penes *Advoc. dè Nigr. dé Nominationib. lib.* 3. *quæſt.* 22. *n.* 1. *ad n.* 48., *& Rot. deciſ.* 639. *n.* 1. *ad n.* 33. *tom.* 2. *par.* 18. *recent.* Quia parergon idgenus fræquentèr fieri ſolet exemplo Juriſconſulti Marciani in *L. jàm dubitari* 86. *ſ. nòn ab re* 1. *ff. de hæredib. inſtituend.* = *ibi* = Non ab „ re autem hoc loco velùt exceſſus hic ſubjungetur = cùm expoſitione clariori *Gloſs. Marginal. in verb. exceſſus* = *ibi* = „ Exceſsus quid ſit, hoc loco Accurſius nòn intellexit, ta„ metſi tres interpretationes hoc loco referat. Eſt verò Ex„ ceſsus idem, quod Digreſſio & Parergon, adde Alcia„ tum 2. parergon. 34. = Unum ergò non protritum ſubjungendum eſt enuntiatis theopracticis, tangentibus Practicam OEconomicam Politicam, adverſùs doctrinam antipathicam *Bald. in L. ſi aquam* 2. *n.* 45. *C. de ſervitutib. & aqu.*, quæ inveſtiganda magis in Facto eſt, quoad Chirographum Privilegii ſui, cùm *Rot. Deciſ.* 217. *n.* 25. *tom.* 1. *par.* 9. *deciſ.* 414. *n.* 6. *par.* 12. *& deciſ.* 234. *n.* 22. *tom.* 1. *par.* 19. *recent.*, quæque inveſtiganda maximè in Jure eſt, quoad Diſpoſitionem Poteſtatis ſuæ, cùm *Rot. deciſ.* 217. *num.* 25. *litt. A. & n.* 132. *ad n.* 154. *tom.* 1. *par.* 9. *recent.* Alterum etiàm nòn protritum ſubjungendum eſt enuntiatis theopracticis, tangentibus Peritum Civilem Criminalemque, eligi ſolitum prò Taxa Honorarii, ſùb norma Profeſſoris Matriculati ex *L. pretia rerum* 63. *ff. ad leg. falcid.*, *L. intèr artifices* 31. *ff. de ſolut. & liberat.*, *L. ſiquis* 3. *C. fin. regundor.*, *Auth. de non alien. aut permut. reb. cap.* 3. *ſ. quod autem* 3., *& Rot. deciſ.* 12. *n.* 4. *deciſ.* 48. *n.* 8. *deciſ.* 59. *n.* 1. *ad n.* 2. *deciſ.* 87. *n.* 12. *& deciſ.* 98. *n.* 1. *poſt Zacch. de Salar. & deciſ.* 526. *num.* 5. *tom.* 1.

par. 4. *decis.* 548. *n.* 35. *& decis.* 612. *n.* 2. *tom.* 2. *par.* 19. *recent.*, qui intelligendus multoties Curialis Mixtus est, in casu Honorarii directi ad Defensionem Mixtam, ex rescripto Plenæ Signaturæ in Causa *Romana Honorarii die Jovis* 20. *Septembris* 1764. *Ponente R. P. D. Lante = ibi =* AC. Anamorus procedat electo in Peritum Curiali Civili approbato in Criminalibus =, quiquè intelligendus melius Curialis Collegii est, in casu Honorarii directi ad Defensionem Carioſam, ex rescripto Plenæ Signaturæ in Causa *Pontiscurvi Honorariorum die Jovis* 14. *Maii* 1767. *Ponente R. P. D. Sallutio = ibi =* De appellatione & ampliùs & ad mentem =. Quia rescriptum idgenus diversum a rescripto solito *Sine præjudicio quoad medietatem & in reliquis siquid exequendum*, probat incontrovertibilem nullitatem & evidentissimam injustitiam judicatorum, secundùm me in *Tract. de Judic. Offic. Corollar.* 2. *n.* 2633. *& n.* 2642. *tom.* 1.

3. Notabilis insuper articulus, forsàn suscitaturus, de Honorariis pluribus, prætensis unius Functionis factæ ab uno Defensore, pro pluribus Clientibus tamen extantibus Consortibus litis, exempligratia adinstàr casus inspiciendi in prænotata Causa *Pontiscurvi Honorariorum die Jovis* 14. *Maii* 1767. *Pro Defensore Johanne Stephano de Cosciis contra Clientes Ambrosium Pellegrini Horatium Odoardumque Sparagane & Consortes litis Ponente R. P. D. Sallutio = ibi =* De appellatione & ampliùs & ad mentem =, posset ampliùs sedari per Peritum Matriculatum, juxtà Ritus Professionis Civilis & Criminalis, eligendum ex Advocatis Consistorii, pro Taxa tradenda, ad interpretationem Textus in *L. cùm quæritur* 12. *ff. de except. rei judicat.* perpendendam cùm aliis congestis penès *Glos. in cap. cùm quidam* 2. *verb. admitti de except. in* 6. alt non omissis cæteris omnibus notatis apùd *Opuculummet de Honorar. defensor. §.* 5. *n.* 2. additâ quoque authoritate *Rot. decis.* 35. *num.* 46. *& decis.* 259. *n.* 16. *par.* 10. *ac decis.* 130. *n.* 32. *ad n.* 33. *par.* 16. *recent.* declaranda arctius

ſpecialiuſque ab dicta *Rot. deciſ. 79. n. 2. par. 7. deciſ. 369. n. 6. tom. 2. par. 9. & deciſ. 111. n. 3. tom. 1. par. 19. recent.* aptandaque punctualiſſimæ quæſtioni propoſitæ apùd *Maſer. de Legat. & Nunt. lib. 1. cap. 74. n. 43. ad n. 50.* = *ibi* = Aliàs „ quæſitum fuit, in Cauſa Domini Advocati Zanchii, qui „ defenderat Rambaldos & Savarnam Affictuarios Abbatiæ „ Claſſinenſis Civitatis Ravennæ, adverſus eamdem Loca- „ tricem Pineti, & petebat duplex Honorarium =. Quià Advocati Conſiſtorii ſunt paritèr Periti in Profeſſione Civili & Criminali, ex principio illo penes eumdem *Tractat. de judic. Offic. Prælud. n. 12. tom. 2.* = *ibi* = Si Profeſſio Civilis „ docet, de Advocatis pro Actore & pro Reo Scribentibus, „ de Procuratoribus Collegii ſumma eruditione & experien- „ tia dotatis, & de Procuratoribus a Sacra Rota prævio „ examine approbatis; Docet pariter Profeſſio Criminalis, „ dè Advocatis pro Fiſco & pro Inquiſito Conſiſtorialibus, „ de Procuratoribus Collegii nunc a Papa àd hoc munus „ confirmatis, & de Procuratoribus à Congregatione de- „ putata prævio examine approbatis =.

4. Notione tandem reperta de Peritis apud me in *Tract. de judic. Offic. §. 1. lemm. 4. n. 390. ad n. 398. tom. 1.* = *ibi* = Periti habentur, qui multa experti ſunt, vocati ab „ antiquis Juriſprudentes; quibus ſcilicet ab experto noti „ eſsent, atque ab obſervatione, ritus patrii, leges, mo- „ res, conſuetudines; quique memoria tenerent, qua in „ cauſa, quoque in negocio, vel ancipiti, ac maximè du- „ bio, vel oppido quàm difficili, quid à majoribus vel ju- „ dicatum eſſet vel conſtitutum vel publice etiam ſanci- „ tum =, poſſet etiam exercere Officium Periti Civilis Criminaliſque, pro Taxa Honorarii, Judex ipſemet ex ſuo officio ſolo, ad tollendam occaſionem Clientibus calumniandi Defenſores argumento ducto ex *Conſtit. decet Romanum §. 5. n. 8. P. P. Innocentii XI.* allegata in antedicto *Opuſculomet de Honorar. Defenſor. §. 5. n. 83.* Quia idipſum confirmavit Auditor

ditor Papæ , cum denegata circumſcriptione Taxæ ; utique factæ (ſervata conſtitutione emolumentorum conſuetudineque functionum) a Judicemet ex ſe ſine Perito,de expenſis judicialibus, continentibus etiam Honorarium Patrocinii,ad formam *L. properandum 3. §. ſin autem 2. C. de Judic.* , *& Gloſs. in L. eum quem 79. verb. eumquem ff. de judic.* = *ibi* = Punitur in „ ſumptibus litis tantùm , quæ fiunt in ſportulis & mer- „ cede Advocatorum = juxtà confrontationem actorum omnium actitatorum congrue in *Romana Exequutionis Rei judicatæ die 9. Auguſti 1763. ad diem 8. Julii 1767. pro Johanne Vincentini contrà Carolum & Hiacynthum Titoli per acta criminalia Notarii Viarum* . deciſa ſic præciſe ſecundùm dictum *Opuſculummet de Honorar. defenſor. §. 1. n. 3. ad n. 4.* = *ibi* = Res judicata iſtjuſmodi viſa eſt de Rebus illis „ revelatis apùd ignaros homines àb homine intelligenti per „ argumentum Evangelii &c. Do tibi ſingularem Theori- „ cam , & non errabis , nec quæres particulares deciſiones „ ſuper unoquoque caſu occurrente , nè penuriam Tui o- „ ſtendas ingenii = .

5. Amice Peritiſſime Paraclete Ergò Salve ; almoque animo tuo melicum hoc meum accipe acroama; Saluberrimumque Eſse Populoque Proponendum Aſſeruit *Tiraquell. de nobilit. cap. 29. n. 21.* = *ibi* = Quoniam eò uſque proceſ- „ ſimus , ut dè mercede Advocatorum loqueremur , non „ erit alienum , quædam non protrita ad eam rem pertinen- „ tia ſubtexere ; Solent enim hujuſcemodi Egreſſiones fa- „ vorabiliter oblectare , & Lectorem jucunde refovere , „ ſtomachumque nauſeantem quodam veluti condimento re- „ ficere = . Datum Romæ domi meæ ſolitæ Habitationis in Via Curſus poſitæ propè Venerabilem Eccleſiam Sancti Laurentii in Lucina , Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptinceneſimo ſexageſimo ſeptimo , die Tertio ante Idus Quintiles,ita quoquè indicatæ quondàm in *Tract. de judic. offic. Epilog. n. 4916. tom. 1. & Conſ. 30. §. 12. n. 8. ad n. 9. tom. 2.*

DU-

DUBIUM

An, & Quibus, & Quale, & Quantum, & Quomodo, Debeatur Honorarium, Pro Defensione Causarum Criminalium Analogice Cum Litibus Civilibus?

RESOLVITUR

AD MAJOREM DEI GLORIAM AMEN.

Perlecto Exordio Præmisso.

1. VOtum Præsens Veritatis Profecto Valet Pro Viris Probis VolentibusProbrum Vitare Proclamatum VulgariterPer Verba *L.Siqui* 5.*C.de postuland.*ibi:*Deprædatione poscentes* cum verbis consimilibus *Bartol. in L. omnes populi* 9. *n.* 40. *ff. de Justit. & Jur.* ibi: *Devoratores omnium*: Quatenus cuncti credant quidem, quod Honorarium servata semper distinctione Paragraphi Quinti sub numero sexagesimo præ Paragraphis pluribus Voto huic assignatis observandi, utique debetur juxta Usualem Provisionem *L.præses Provinciæ* 1.§.*in honorariis* 10. §.*Advocatos* 11. & §. *Si cautum* 12. *ff. de var. & extraord. cognitionib.*: ibi: *Licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis usque ad centum aureos*, neutiquam debetur juxta Visionarium Principium *L. Si pater* 34. §. *Si quis* 1. *ff. de donationib.*: ibi *Si quis aliquem a latrunculis vel hostibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat, Hæc donatio irrevocabilis est, nam merces eximii laboris appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo æstimari non placuit*: Nempe ProDefensione causarum criminalium analogice cum litibus civilibus juxta phrasem *L. Testimonium* 1. § *adhiberi* 1. *ff. de Testib.* ibi:*Non solum in criminalibus causis, sed in pecuniariis litibus*; retenta hodie pro Foro Capitolino solo dispositione circa Honorarium extante in *Statut.Urb. lib.*3. *cap.*92. haud pro Foris Cæteris secundum *Constantin. ad statut. Urb. annot.*63. *artic.*1. *n.*30. *tom.*2.

2. Casus est, quod cum tot tantique Doctores eximii curaverint definire omnes quoque minimas regulas etiam super valore Galli Gallinæ Pulli Leporis & Asini testè *Urceol. de transact. quæst.*28. *n.*13. *ad n.*14., nunquam curarunt definire illam etsi maximam regulam quidem superHonorario proprio utpote tractantem de utiliori necessariorique negocio scilicet pretio sanguinis & sanitatis Defensorum nunquam deserendam juxta sententiam opportunam *Vrsay. in Instit.Crim. lib.*2. *tit.*8. *n.*35. acceptam ibi ab assertione *Card. de Luc. de Emphyth. disc.*58. *n.*1. Taliter ut opus fuerit pro competentia JuriumHonorarii id genus deductorum a tituloSocietatisLocationisque in hæreditatem claræ memoriæ Cardinalis Caroli de Marinis favore Abbatis Josephi Ferdinandi de Bilancinis unius ex suis

Clientibus notatis a *Paleol. in prax. ſuccinct. cap. addit.* §.36., quod annis nuper elapſis ederetur Opinio ſeu Reſponſum Theologico-Canonicum pro veritate ſummo ſtudio laboreque approbatum per ſubſcriptionem propriam a ſexaginta Spectabilibus Almæ Urbis tam in ſacra Theologia quam in utroque jure Doctoribus cum exitu incerto adinſtar exitus incerti Reſponſi ſeu Voti Legali-Forenſis pro Legato ſibi compoſiti per Advocatum Scipionem Carantiam in hæreditatem glorioſæ memoriæ Principiſſæ Roſſani apud *Paleol. De Judic. Offic. in Acceſſion. vot.* 20. *n.* 1. *ad n.* 6. *tom.* 1.

3. Opinionem ſive Reſponſum Theologico-Canonicum præfatum tunc ſubſcripſerunt ſequentes viri videlicet; Sex *Advocati Conſiſtoriales*, Gabriel de Serianis, Philippus Maria Pirelli, Julius Cæſar Fagnanus, Joſeph Andreas Scaramutius, Hieronymus Tozzius, Thomaſque de Conſtantio; Quindecim *Advocati Claſſici Romanæ Curiæ*, Antonius Colloretus, Gregorius Venturellius, Victorius de Martinis, Petrus Andreas de Vecchis, Octavius Guerrinus, Cajetanus Fortes, Petrus Cæleſtinus Piccarellus, Carolus Maria Francucci, Antonius Maria de Nigris, Johannes Baptiſta Patritius, Bartholomæus Liverzani, Johannes Baptiſta Riganti, Philippus Azzon, Petrus Antonius Danieli, Johanneſque Petrus Bevilacqua; Quatuordecim *Cauſidici de Collegio Patronorum Cauſarum Sacri Palatii Apoſtolici*, Dominicus de Johannantoniis, Philippus Buttari, Blaſius Antonius Ferrari, Laurentius Bondacca, Lauretus Antonius de Fabiis, Antonius Neſola, Antonius Frezza, Camillus Philippus Sellarius, Æneas Antonius Bonini, Jacobus Vannius, Coſmus Matthias Conſtantini, Aloyſius Biſchius, Hercules Maria Renatius, Dominicuſque Spinelli; Tres *Patres Examinatores*, Johannes de Luca, Joſeph Maria Curti, Joſephque Carpani; Sex *Patres Conſultores*, Bernardinus Membrive, Leo Bertolotti, Carolus Antonius Todeſchi, Hieronymus Auguſtinus Zazzeri, Caliſtus Maria Palombella, Philippuſque Vitali; Duo *Patres Qualificatores*, Benedictus Baldriotti, Bartholomæuſque de Valle; Duo *Patres Definitores*, Cherubinus de Nuves, Johanneſque Maria a Palma; Quinque *Patres Lectores Magiſtrique Publici*, Vincentius Maria Balſarini, Polycarpius Burgos, Paulinus a Sancto Joſepho, Raymundus Palombi, Benedictuſque Teſſari; Septem *Patres Claſſici Sacræ Theologiæ Profeſſores*, Michael Merenda, Vincentius Miciulla, Franciſcus ab Incarnatione, Johannes a Matre Dei, Antonius Maria Azzoguide, Seraphinus Antonius Pagni, Michaelque Angelus Pagnini; Sexaginta *Omnes Singulique Subſcripti in Caſu* ſub themate ad Fronteſpicium inſcripto verbis illis *Cantic. cap.* 3. *n.* 7. :ibi: *Sexaginta Fortes ambiunt ex Fortiſſimis Iſrael: Omnes tenentes gladios & ad bella Doctiſſimi*.

4. Verum quoniam ex incerto exitu Opinionis ſive Reſponſi Theologico-Canonici Bilancini non minus ac ex incerto exitu Reſponſi ſive Voti Legali-Forenſis Carantiæ, Opus fuerat inde non Sexaginta ſed Cunctos Profeſſores Juris inſurgere ad definiendam regulam ſuper Honorario tam ſibi neceſſariam numquam definitam non ſine magna admiratione circa hanc incuriam juxta argumentum *Tiraquell. in tractatib. var. tit. de ceſſant. cauſ.*

*cauſ. n.*1.: ibi: *Vix enim ex cunctis millibus unum reperies, quod hac regula, aut iis quæ ad eam pertinent, non magnopere indigeant &c. Quo magis miror, noſtros regularum Conſarcinatores hanc prætermiſiſſe, cum alias multas non adeo utiles & neceſſarias poſuerint*: utpote cauſantem continuam contraventionem Juris Humani Divinique Sancientis, Studium Laboremque Profeſſoribus Juris eſſe omnino ſolvendum, etiam a Principe Supremo, ſi non per Honorarium Denariorum, ſaltem quidem per Honorem Dignitatum, èx *Barboſ. de Vot deciſiv. Vot.*93. *n.*1. *ad n.*143. *lib.*3. Quia attenta incuria hac frequenter, non propter juſtum motivum, ſed propter iniquum morem, non clientes juſti, ſed clientes iniqui, denegant ſolutionem Honorarii Defenſoribus, prius reputatis uti Hominibus, poſterius repertis uti Angelis, poſtremoque refutatis uti Dæmonibus, teſte *Card. de Luc. de Teſtam. diſc.*51. *n.*6., & *Urceol. de Tranſact. quæſt.* 30. *n.*5. ibi: *De Facie triplici Hominis Angeli & Dæmonis, quam habent Medicus & Advocatus ſecundum Infirmum & Clientem ingratum, qui non meminit accepti beneficii, Vide apud Urſillum ad Afflict.*: Et quod inſuper horribile dictu eſt haud eximendum a rigoroſa pœna cum præſumptione *Statut.urb. lib.*2. *cap.*41.: ibi: *Præſumatur offenſio facta ratione officii, niſi contrarium probetur*: non erubeſcunt Defenſores Succeſſores defendere clientes iſtiuſmodi contra Defenſores anteceſſores, ad impediendam ſolutionem Honorarii, mortalibus ſolitis maledictis, ſecundum *Mandoſ. in tractat. de Ingratitudin. cap.*81. *de Ingratitudin. Advocator. inter ſe ſe verſic ingrati & maledici*: ibi: *Tot alter alterum jaculis pene lethalibus petebant; Ut ab omnibus facile judicari meruerint Officii & modeſtiæ metas longe exceſſiſſe.*

5. Ideoque ad eradicandam occaſionem contraventionis ortæ ex incuria idgenus, (abſque ſpe frequentiſſima aliorum utpote ample fallaciſſima ſignata apud *Zacch. de Salar. quæſt.*67. *n.*8. & *Rot. deciſ.* 815. *n.* 14. *tom.*2. *par.*18. *recent.*) Moveor Ego requiſitus, pro veritate definire iſtam tam maximam regulam Honorarii debiti, Pro Defenſione Cauſarum Criminalium Analogice Cum Litibus Civilibus, juxta Reſolutionem ipſius in quinque ſequentes Paragraphos diviſam, exponendo minutatim perquam utilius circumſtantias magis neceſſarias & opportunas, indicatas in Dubio dato, pro intranda intelligentia ejuſdem ex regula *Maſcard. de probat. lib.*1. *in Proœm. n.*7. etſi confuſione intricatas pro ſeipſo per *Cappon. in Diſceptation.*109. *n.*1. *ad n.*75. *tom.*2: Quia ex Reſolutione Dubii iſtiuſmodi concluſionibus mox adnectendis fortificata, ſpero certe tollere omnem incertitudinem ut ſupra exitus cujuſvis futuri quidem, formareque omnimodam Pacem ſemper inter Clientes & Defenſores, ſuper ſolutione Honorarii haud amplius diſputanda, ex ſententia *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.*46. *n.*47. *verſic. iſtum autem* ibi: *Cum ita eradicetur occaſio malæ ſatisfactionis inter Advocatum & Clientem; Dum iſte ſcit, quid dare debeat, Et ille quid recipere --*; Si reapſe tamen in Reſolutione Dubii hujuſce *Principia* propoſita in Paragrapho primo & ſecundo, *Mediaque* propoſita in Paragrapho tertio & quarto, correſpondeant *Finibus* Paragraphi quinti, certificantibus Taxam

Honorarii de ſtylo Romanæ Curiæ facturam ProDefenſione Cauſarum Criminalium analogice cum Litibus Civilibus fore, quoad ſingulos actus in Computo inibi notatos per *Rot. deciſ.* 52. *n.* 5. *ad n.* 6. *poſt Zacch. de ſalar.* ibi: *Ut plurimum pro ſingulis actibus ſecundum modum laboris ſolet præſtari congrua ſatisfactio.*

6. Siquidem Taxa Honorarii inibi indicata coarctat, ſi non ex inclinatione ſaltem ex juſtitia, Pacem inter Clientes etſi pertinaces cedere ſolutioni & Defenſores econtra promptos capere ſolutionem ex *Can. inter* 55. *cauſ.* 11. *quæſt.* 3. Quia cum deficiente inclinatione Pacis, dicatur Juſtitia Pacis reſidere in Condemnatione facienda ad Summam Honorarii contentam pro ſingulis actibus in Taxa hac infraſcripta de ſtylo Romanæ Curiæ Definita, ſignanter pro Defenſione Cauſarum Criminalium per Profeſſores ſex Criminales Dominos Alexandrum Cavazzi Philippum Barberi Leopoldum Metaſtaſi Jacobum Baleſtri & Ferdinandum Blaſi requiſitos a Profeſſore uno Criminali Domino Blaſio Biaggioli juxta Documentum productum in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Comitem I. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii*, analogice cum Litibus Civilibus, per vulgatiſſimum Advocatum Authorem Approbatiſſimorum Voluminum plurium *Ubert. Gratioſ. de Mod. & ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 1. *ad n.* 78., Debet unuſquiſque Taxam iſtam obſervare adinſtar Caſus Juris, utpote firmatam a Me unico Meſodico Pacis ponendæ inter Clientes & Defenſores nullumque habente Contradictorem Ubertumque habente Conſocium, per æquipollens approbatum a Profeſſoribus prædictis per *Jaſ. in L. Si quis* 29. *n.* 1. C. *de pact.*, *Guazzin. Jun. ad Defenſ. Animar. lib.* 1. *Defenſ.* 3. *cap.* 2. *n.* 20., *Curd. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 88. *n.* 3. *ad n.* 4., & *Rot. deciſ.* 20. *n.* 7. *ibique Adden. n.* 42. *ad n.* 46. *par.* 3. & *deciſ.* 122. *n.* 15. *ad n.* 16. *par.* 5. *tom.* 1. *recent.*

7. Haudque, ex allegatis hic allegandiſque, per Auctores alios nunquam ita congeſtis, erubeſco, meipſum allegare, pro authoritate apte facienda juxta opportunitatem Caſus, exemplo ducto a *Farinac. conſ.* 185. *n.* 11 *lib.* 2. ibi: *Non enim meipſum allegare erubeſco in his, quæ ab aliis Doctoribus ſcripta non reperiuntur* -- Quia ſic factum approbatumque fuit apud Plenam Congregationem Auditoris Cameræ in terminis ſimilibus ex Teſtimonio regiſtrato in volumine impreſſo inſcriptoque *Paleol. de Judic. Offic. in Prælud. Conſilior. Noviſſimor. n.* 46. *ad n.* 47. *tom.* 2. ibi: *Practicavi etiam Ego allegando meum Codicem de Judicis Officio pro obtinenda circumſcriptione cujuſdam Sententiæ contumacialis in gradu Appellationis apud Congregationem Criminalem Auditoris Cameræ; atque favorabilem Reſolutionem obtinui in hac parte uniformem meæ Allegationi impreſſæ occaſione Defenſionis in Cauſa Averſana &c.* Etenim aſſertionibus, modernis Manuſcriptis viventium Oratorum etiam repertis allegatis a Rota Romana magis quam aſſertionibus antiquis impreſſis mortuorum Poetarum intermagis quam aſſertionibus antiquis impreſſis mortuorum Poetarum inter-dum repertis approbatis a Juriſprudente aliquo, credendum eſſe arbitrarer ex *Urſay. in Inſtit. Crim. lib.* 4. *tit.* 8. *n.* 21., & *Paleol. de Judic. Offic. Prælud. n.* 24. *ad n.* 48. *tom.* 2.

8. Ape-

8. Aperiendo ergo viam ferro juxta adagium Baldi confirmatum a *Gribald. Moph. De ration. ſtudend. in jur. lib.* 1. *cap.* 6. *verſic. fræquens eſt Baldi*, Faciam mehercle Diſcuſſionem prudenter obſcuram more ſtagyritæ conſugeſto a *Zuccol. de Conſiderationib. Politic. Moralib. Oracul.* 18. *verſic. id fortaſſe difficile*; Ut Clientes Idiotæ ſoliti impugnare ſolutionem Honorarii adinſtar Debitorum cæterorum teſte *Paleol. de Judic. Offic. n.* 3753. *tom.* 1., ſic timeant ex obſcuritate ſermonis quaſi ex archano myſterio poſſe aliquid aliud ſemper contra ſeſe interpretari a Defenſoribus Juriſtis ſecundum ſtylum relatum a *Gribald. Moph. de ration. ſtudend. in jur. lib.* 1. *cap.* 6. *verſic. hic autem ſtudendi*; Utque Defenſores Juriſtæ ſoliti interpretare ſenſum Homonomicum adinſtar Doctorum cunctorum teſte *Paleol. de Judic. Offic. n.* 4541. *tom.* 1. *& Prælud. n.* 13. *ad n.* 15. *tom.* 2., ſic trahant ex obſcuritate ſermonis quidem apertiora momenta veritatis juſtitiæque acute Voto præſenti nunquam adverſantia ſecundum Propoſitionem regiſtratam apud *Paleol. De Educat. Reg. Sobol. in Præfat. verſic. tu ſi animum*: ibi: *Poterant autem omnia paulo dilucidius exponi; Sed exiſtimabam equidem melius eſſe, non quidquid eſſet oſſeum & carne prorſus eximi, ut reſtaret aliquid in hoc epulo, quod ad quærendum majoris momenti cibum convivæ animum excitaret. Nec enim par erat a nobis ad ſtrenuitatem te cohortantibus, ineſficaces ac molles tibi cibos offerri. Tu mentis robore, quidquid difficilius eſt digerens, recte medullam ipſam eſculentam tibi reddito, quæ animum tuum multo ſane meliorem efficiet, quam corpus Achyllis Leonum* [*ut in fabulis eſt*] *medullæ*:

§. I.

An Debeatur Honorarium Pro Defenſione Cauſarum Criminalium Analogice Cum Litibus Civilibus.

1. CUM preſervata jam diſtinctione Paragraphi Quinti ſub numero ſexageſimo, Affirmativè Reſolvo Paragraphum hunc cum *Gloſſ. in L. Salarium* 7. *verb. Si extra ordinem ff. mandat. vel contr.* vocante improprie Salarium ſeu mercedem illud Premium laboris Defenſorum proprie vocandum Honorarium juxta *Zacch. de Salar. quæſt.* 52. *n.* 2. *ad n.* 5., *& Guazzin. Jun. ad Defenſ. Animar. lib.* 1. *Defenſ.* 2. *cap.* 4. *n.* 2. Quia ſpreta interpretatione Doctrinali Argumentativa quoad Practicam Ordinariam Permiſſam inferius ſita ſolummodo pro Practica Œconomica Politica de Textu in *L. ſi pater* 34. §. *ſi quis* 1. *ff. de Donationib.* fruſtrata etiam a conciliatione recta æterni ampliſſimique juris Divini Pontificiique apud *Pacion. De Locat. & Conduct. cap.* 15. *num.* 22. *ad n.* 27.: ibi: *Videbatur etiam poſſe dici, non licere aliquid extorqueri ſeu peti a Liberato; ſed ſi ipſe poſt liberationem ſponte aliquid det, juſte accipi & valere donationem uti remuneratoriam, ut eſt ſenſus dictæ L. Si pater* §. *Si quis ff. de donat.* --, Reſultat Analogia debiti Honorarii æque pro Defenſione Cauſarum Criminalium ac pro Defenſione Litium Civilium ex Uſuali Interpretatione Textus in *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *in honorariis* 10. §. *Advo-*

cato

catos 11. & §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognitionib.* fortificata equidem apud Curiam Romanam ex Authentica Interpretatione addita per Jus Municipale in *Statut. Urb. lib.* 3. *cap.* 92. perque Reformationem Tribunalium in *Conſtit. Univerſi agri* 71. §. 18. *P. P. Pauli V.* uniſone ad concordantia cætera jura civilia & canonica in *L. Si creditori* 5. *C. de pact.*, & *L. qui* 1. *C. de Suffrag.*, & *Can. non licet* 7. *Cauſ.* 11. *quæſt.* 3., *Can. Sane* 15. *Cauſ.* 14. *quæſt.* 5., & *Cap. Romana* 1. §. *nec etiam* 3. *de For. Competen. in* 6., Cum ſtantibus his præferenda omnino ſit interpretatio Authentica Uſualiſque interpretationi Doctrinali Argumentativæ juxta *Robert. Konig. ad Decretal. lib.* 1. *tit.* 2. §. 12. *n.* 27.

2. Una ratio debendi Honorarium ut ſupra deducitur quotidie a Pragmaticis ex Sacra Scriptura in *Eccleſiaſt. Cap.* 10. *n.* 19. ibi: *Pecuniæ obediunt omnia*: exque Decretali apta in *Cap. forus eſt* 10. *de verbor. ſignificat.* ibi: *Negocium autem in Cauſis, Negociatio in Commerciis, dicitur; Ubi aliquid datur, ut majora lucrentur*: cum concluſione conſona apud *Rot. deciſ.* 100. *n.* 3. *ad n.* 4. *poſt Zacch. de Salar.* cumque prognoſi propoſita a *Scacc. de Sent. & Re Judic. Gloſſ.* 15. *n.* 35. *ad n.* 39.: ibi: *Quia Litigantes Cauſidicis debitam non ſolvunt mercedem, Cauſas quandoque perdunt, aut nunquam extricant; Quia Cauſidici ſolertia Eloquentia & Ingenium hebeteſcunt, niſi copioſa excitentur pecunia; Etenim quia pecuniæ obediunt omnia Eccleſiaſt.* 10. 19., *Obediunt etiam ingenia ad vires*; Ob quam rationem, circumſcripta prætentione de Honorario prohibito vigore ſuaſionis antiquæ Quinti Maximi permiſſoque vigore ſucceſſivæ abrogationis Neronis Imperatoris juxta *Tiraquell. de Nobilit. Cap.* 29. *n.* 21. *ad n.* 29. & *n.* 37., & *Maſer. de Legat. & Nunt. Lib.* 1. *Cap.* 67. *n.* 14., fuit conceſſum mandatum tam reale quam perſonale ſuſpicionis fugæ contra Clientem Duplicem Virum Ægregium reſpective, prævia citatione pro Functionibus Criminalibus extrajudicialiter Taxatis, confirmatum a Signatura Juſtitiæ in Cauſa *Romana Honorarii die* 10. *ad diem* 15. *Januarii* 1763. *Pro Defenſore M. A. P. contra Capitaneum C. P. per acta Ceccarelli Notarii Gubernii*, ſineque Citatione pro Functionibus Civilibus nequaquam Taxatis, confirmatum a Signatura Juſtitiæ in Cauſa *Romana Honorarii die* 20. *ad diem* 22. *Maii* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Canonicum F. A. per acta Martorelli Notarii AC.*

3. Altera ratio debendi Honorarium ut ſupra deducitur quoque a Pragmaticis ex diſpoſitione illa in *L. properandum* 13. §. *Sin autem* 2. *C. de judic.* ibi: *Expenſis tantummodo litis*: explicata punctualiter per *Gloſſ. in L. eum quem* 79. *verb. eum quem ff. de judic.* ibi: *Punitur in ſumptibus Litis tantum, quæ fiunt in ſportulis & mercede Advocatorum*; Ob quam rationem, præmiſſa regula debendi Honorarium Defenſorum adinſtar ſportularum Judicum, tunc ſolummodo indebitarum in caſu repertarum expreſſe prohibitarum a jure per *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.* 24. *n.* 1. *ad n.* 17. *tom.* 2., & *Rot. deciſ.* 96. *n.* 1. *ad n.* 13. *poſt Zacch. de Salar.*, fuit confirmatum idipſum cum Re judicata emanata coram Juſtiſſimo Viro olim Locumtenente Generali Criminali Auditoris Cameræ

nunc

nunc Fiſcali Generali SSmi D. N. P. P. CLEMENTIS XIII., nempe, Illmo & Rmo Domino Auguſtino Sabbatucci Romano in Cauſa *Tridentina Expenſarum die* 17. *ad diem* 22. *Decembris* 1762. *Pro Promotore Fiſcali Eccleſiaſtico contra Sacerdotem* J. P. A. *per acta Monti Notarii AC.* ſervataque quaſi graphide abinde adhuc a Judicibus aliis etiam Commiſſariis Criminalibus Urbis ſignanter in Cauſa *Setina Expenſarum die* 11. *Septembris* 1764. *Pro Promotore Fiſcali Eccleſiaſtico contra Appellantes A.M.& A. M. per acta Cecconii Notarii Vicarii* ..

4. Res judicata iſtiuſmodi viſa eſt de Rebus illis revelatis apud ignaros Homines ab Homine intelligenti per argumentum Evangelii *Matth. Cap.* 11. *num.* 26. ibi : *Revelaſti ea Parvulis* : adhibitum in terminis ſimilibus per *Ubert. de Congreſſib. Legalib. in Congreſſ.* 9. §. 16. *verſic. iſti &* §. 19. *verſic. neminem* .. Quamobrem cum Homo Adjutor dicatur quaſi Deus Hominis Adjuti, conſiderato Queſito *Cavalcan. de Teſtib. par.* 1. *n.* 121. *ad num.* 123. ibi : *Homo Homini dicitur Deus* : enucleato cum ſententia Marci Tullii latiſſime per *Zuccol. de Conſiderationib. Politic. Moralib. in Oracul.* 48. *verſic. Homo Homini Deus*, Cogor momenta Facti Juriſque in utilitatem utrorumque nempe Clientum Defenſorumque hoc loco, uti ſingularia reputata a Pragmaticis, exponere, ad ſublevandum eos ab incommodo ſemper quotidie perquirendi requirendique eadem apud Actuarium & Authorem, ſicut olim ſemper, per *Ambroſin. de proceſſ. informat. lib.* 4. *cap.* 2. *in Schol. n.* 11. ibi : *Do tibi ſingularem Theoricam, & non errabis, nec quæres particulares Deciſiones ſuper unoquoque caſu occurrente, ne penuriam tui oſtendas ingenii* : Quia ſtante hoc motivo coarctante aliud motivum ; de excitanda voluntate Clientum ſolvendi liberaliter prompteque Honorarium Defenſoribus, propter certificationem refectionis habitam ; deque elevando vigore Defenſorum ſubminiſtrandi libenter potentiſſimeque Patrocinium Clientum, propter Crumenam pecuniarum repletam ; juxta Doctores ſuperius allegatos cum *Eccleſiaſt. Cap.* 10. *n.* 19. ibi : *Pecuniæ obediunt omnia* : , Videtur juri conſonum, ex Pace ſic ſemper concilianda inter Clientes & Defenſores, turbata ex controverſia Honorarii, addere Parergon ſeu Digreſſionem de' Momentis Facti Juriſque cauſantibus tam glorioſam Rem judicatam ex ſententia *L. jam dubitari* 86. §. *non ab re* 1. *ff. de Hæredib. inſtituend.* : ibi : *Non ab re hoc loco, velut exceſſus, hic ſubjungetur* : ubi marginalis *Gloſſ. verb. velut exceſſus litt.* C. ibi : *Eſt vero hic Exceſſus idem, quod Digreſſio & Parergon* : obſervata in puncto puncti talis Honorarii per *Tiraquell. de Nobilitat. Cap.* 29. *n.* 21. ibi : *Quoniam eo uſque proceſſimus, ut de mercede Advocatorum loqueremur, non erit alienum quædam non protrita ad eam rem pertinentia ſubtexere ; ſolent enim hujuſcemodi Egreſſiones favorabiliter oblectare & Lectorem jucunde refovere Stomachumque nauſeantem quodam veluti condimento reficere* : obſervataque quoad punctum puncti ſuæ materiei per *Urceol. de tranſact. quæſt.* 28. *n.* 13. *ad n.* 57., & *Ridolph. in prax. par.* 3. *Cap.* 5. *n.* 294. *ad n.* 374. & *n.* 375. *ad n.* 445. & *n.* 446. *ad n.* 465.

5. Re-

5. Reſolutio quippe Plenæ Congregationis AC. emanata die 15. Martii 1762. ſequentis tenoris videlicet ibi: *Teneri ad ſolutionem* Expenſarum judicialium tantum; *Et ad Dominum Locumtenentem pro Liquidatione*: , fuit interpretata vigore Suæ Rei judicatæ per prælaudatum Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Dominum Auguſtinum Sabbatucci in Taxatione Expenſarum tantum judicialium ſolita fieri in Litibus Civilibus ſimili fienda in Cauſis Criminalibus ex argumento *L. abſentem 5. ff. de pœn.* latiſſime enucleato per *Paleol. de Judic. Offic. n.* 3391. *ad n.* 4910. *tom.* 1., fore & eſſe compræhendendum adinſtar ſportularum Judicum etiam Honorarium Defenſorum ex rationibus mox adnectendis uniſone ad *Tondut. de prævent. judicial. par.* 2. *Cap.* 61. *n.* 17., & *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *Cap.* 25. §. 1. *n.* 25. *ad n.* 26.

6. Etenim in Litibus Civilibus Subodorantibus nullam labem criminis admittitur mitius Honorarium Functionum & Allegationum Defenſionis præter ſolita emolumenta Sportularum & Actuum Judicii inter Expenſas judiciales in vim ſupradicti Textus *L. properandum* 13. *C. de judic.* pro diſcuſſionibus Romanis & Forenſibus; ut præciſe docet pro diſcuſſionibus Romanis *Luc. Pet. in prax. lib.* 9. *Cap.* 1. *n.* 15. & *n.* 30., utpote pariter docet pro diſcuſſionibus Forenſibus *Rot. deciſ.* 744. *n.* 9. *tom.* 3. *par.* 4. *recent.* Aſt in Litibus Civilibus Subodorantibus aliquam labem criminis, admittitur rigoroſius Honorarium Functionum & Allegationum Defenſionis cum ſingulis Emolumentis Sportularum & Actuum Judicii inter expenſas judiciales in vim ſæpedicti Textus in *L. properandum* 13. C. *de judic.* uſque ad obulum juxta exemplum Spolii Attentatorum Recurſuſque ad Laycos per *Ridolph. in prax. par.* 2. *Cap.* 14. & *Cap.* 15. *n.* 11. & *n.* 38., *Maſer. de Legat. & Nunt. Lib.* 1. *Cap.* 25. §. 3. *n.* 60., *Conſtantin. ad Statut. Urb. Annot.* 63. *artic.* 1. *n.* 85. *ad n.* 91. *tom.* 2., & *Rot. deciſ.* 97. *n.* 8. *ad n.* 11. & *deciſ.* 98. *n.* 1. *ad num.* 16. & *deciſ.* 99. *n.* 1. *ad n.* 7. *poſt Zacch. de Salar.*, & *deciſ.* 29. *n.* 14. *ad n.* 17. & *deciſ.* 221. *n.* 1. *ad n.* 35. *par.* 16. *recent.* Quia juxta concluſionem Rotæ ibidem firmatam, agitur in terminis his de re ſonante delictum, requirente diverſam Taxationem ab illa Taxatione fieri ſolita quoad Sportulas & Honorarium per eamdem *Rot. deciſ.* 141. *n.* 1. *ad n.* 18. *poſt Zacch. de Salar.*

7. Enixiuſque in Cauſis Criminalibus ſortientibus originem a Crimine, admittitur immenſius Honorarium Functionum & Allegationum Defenſionis atque Succreſcentia Emolumenta Sportularum & Actuum Judicii inter expenſas judiciales ex ratione juris cum Doctoribus ſignanter *Guazzin. Sen. defenſ.* 6. *Cap.* 5. *n.* 1. *ad n.* 28., *Conciol. in Reſol. crim. verb. Accuſator Reſol.* 3. *n.* 1. *ad n.* 3., *Ambroſin. de proceſſ. informat. lib.* 4. *Cap.* 2. *in Schol. n.* 11., & *Zacch. de Salar. quæſt.* 4. *n.* 1. *ad n.* 24., non ſolum contra Querelatum ſuſpectum de Reitate per *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *cap.* 25. §. 2. *n.* 29. *ad n.* 30., verum etiam contra Querelantem ſuſpectum de Calumnia per *Menoch. de Arbitrar. judic. lib.* 2. *cent.* 5. *caſ.* 321. *n.* 34. & *Paleol. in prax. Succint. cap.* 6. *n.* 72. Quoniam conſiderato dogmate inconcuſſo judiciorum publicorum ob rationem

hem imperii meri non imperii mixti non juriſdictionis ſimplicis diſpare a dogmate imminuto judiciorum privatorum, de ſtatuta neceſſitate a Legislatore, Adeundi ſuper criminibus Judices nunquam Compromiſſarios per *Cap. Cauſa* 9. *de in integr. reſtit.*, *Gloſſ. in L. non diſtinguemus* 32. §. *Julianus* 6. *verb. famoſo delicto ff. de arbitr.*, & *Paleol. de Judic. Offic. conſ.* 6. *n.* 23. *ad n.* 25. *tom.* 2., Audiendique pro criminibus Defenſores Fiſci & Querelantis per *Can. neceſſe eſt* 21. *Cauſ.* 3. *quæſt.* 9., *L. non intelligitur* 3. §. *Divus* 9. *ff. de jur. Fiſc.*, & *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.* 19. *n.* 3. *ad n.* 8. *tom.* 2., Addendique contra crimina Defenſores Rei ſeu Querelati per *Can. ab imperatoribus* 10. *Cauſ.* 23. *quæſt.* 4., *L. hunc titulum* 1. §. *ait* 5. *ff. de poſtuland.*, & *Paleol. de Judic. Offic. in Corollar.* 3. *n.* 4227. *ad n.* 4233. & *in Appendic. Reſcript.* 8. *n.* 1. *ad n.* 9. *tom.* 1. & *Conſ.* 20. *n.* 1. *ad n.* 40. & *Conſ.* 25. *n.* 1. *ad n.* 43. *tom.* 2., Sunt ex neceſſitate Taxandæ non ſolum Sportulæ Actuſque Judicum ſed etiam Functiones Allegationeſque Defenſorum inter expenſas judiciales, nuncupatas intrinſecas, ad differentiam expenſarum extrajudicialium, nuncupatarum extrinſecarum, conſiſtentium in damno emergenti & lucro ceſſanti ex doctrina *Raynald. in obſervat. Crim. Can. Civil.* & *Mixt. ad Cap.* 2. *Supplet.* 2. *n.* 30. *ad n.* 31. *tom.* 4.

8. Ratio eſt, quod cum in Cauſis Criminalibus rèmanſerit ſemper in vigore ſuo definitio per Sententias Judicum ex *L. hac lege perpetua* 2. *C. de Sent. ex pericul. recitand.*, *Cap. afferte mihi gladium* 2. *de præſumpt.*, & *Paleol. de Judic. Offic. in Corollar.* 3. *n.* 3557., & *in Acceſſion. Vot.* 17. *n.* 3. *tom.* 1. recitandas prævia informatione cum Scripturis Defenſorum ex *Conſtit. ad coercenda* §. 14. *P.P. Benedicti XIV.* uniſone ad jus commune ſcriptum & jus conſuetudinarium non ſcriptum ex *L. cuſtodias* 12. *ff. de public, judic.*, *L. unius* 18. §. *cogniturum* 9. *ff. de quæſtionib.*, *L. cuidam* 2. *C. de accuſat.*, *L. nullus* 2. §. *qui poſteaquam* 3. *C. de exhibend.* & *tranſmittend. Reis*, *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 100. *n.* 14., *Foller. in prax. crim. canon. verb. Auditiſque Advocatis cap.* 29. *n.* 1. *ad n.* 66., & *Paleol. de Judic. Offic. in Corollar.* 3. *n.* 4449. *tom.* 1. uſque ad abſtentionem animadverſam a Sententiis præfatis ſine Scripturis prædictis per *Cap. dudum.* 22. §. *cum autem* 4. *De Election.* cum præſumptione omiſſionis Scripturarum in caſu deficientium in ſententiis verborum regiſtratorum a *Paleol. de Judic. Offic. in Corollar.* 3. *n.* 4565. *ad n.* 4568. *tom.* 1. ibi : *Advocato & Procuratore tam in voce quam in ſcripto Informantibus* : addita doctrina *Pariſ. de Put. de Syndic. Iudic. verb. Allegationes cap.* 1. *n.* 4. ibi : *Judex debet examinare Partium Allegationes*, & *debet hoc ponere in Sententia &c. Prout fecit Salomon*, *quando pronuaciavit inter Malieres &c.* : cumque permiſſione appellationis a Sententiis latis ſine Scripturis præmiſſis per *L. minor.* 18. *la ſeconda* & *L. minor* 36. *la terza ff. de Minorib. vigintiquinque ann.*, *L. ſi Prætor.* 70. §. *Marcellus* 1. *ff. de judic.*, *L. qui tutores* 1. *C. Si Tut. vel Curat. ex falſ. allegat. excuſet.*, & *Jaſ. in L. is apud quem* 2. *n.* 26. *C. de edend.*, Videtur Taxatio Emolumentorum eſſe æque ſimulque facienda inter expenſas judiciales tum pro

Judicibus quasi Capitibus tumque pro Defensoribus quasi Manibus, æque simulque sustentantibus Definitionem quasi Corpus teste *Vbert. de mod. & ration. citand. par.* 4. *Formul.* 1. *versic. Alii vero Judices* ibi: *Ipsi eorum Sententias dicunt ferre de Juris peritorum consilio, & non mentiuntur; quando utriusque Partis Procuratores & Advocatos audiunt; Et eorum Informationes & Allegationes considerant; quia Procuratores & Advocati unius & alterius Partis sunt veluti duæ manus Judicis; quæ nodos solvunt, unde dixi in Legalibus Congressibus &c:*

9. Quare Parergon seu Disgressio idgenus de Re judicata Illmi & Rmi D. Augustini Sabbatucci subjuncta hic ex Sententia textus præcitatæ *L. jam dubitari* 86. §. *non ab re* 1. *ff. de Hæredib. instituend.*, Valet, ex debito Honorario Defensoribus adinstar debitarum sportularum Judicibus, ad refovendum jus Defensorum ac reficiendum morbum Clientum atque ad recolendam memoriam Pragmaticorum quoque per supracitatum *Tiraquell. de Nobilit. cap.* 29. *n.* 21. ibi: *Solent enim hujusmodi Egressiones favorabiliter oblectare & Lectorem jucunde refovere, stomachumque nauseantem quodam veluti condimento reficere* -- Quia confirmando satius conclusiones superius congestas infertur, quod si Judicibus debentur Sportulæ etsi non proferentibus sententias post labores aliquos redditos a Litigantibus inanes propter Concordiam Renunciationem Actumque similem ex *Zacch. de Salar. quæst.* 72. *n.* 23. *ad n.* 24., Debetur argumento eodem Honorarium Defensoribus etsi haud terminantibus Patrocinium post Labores plures redditos a Litigantibus desertos propter Concordiam Renunciationem Actumque similem ex *Maser. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 75. *ad n.* 76. *cap.* 23. *n.* 4. *ad n.* 7. *& cap.* 33. *n.* 1. *ad n.* 132. & §. 1. *n.* 133. Item si Judices post labores aliquos factos in Causa etiam extrajudiciales in Lista Informationis non possint privari Jurisdictione Sportulisque suis sub prætextu frivolæ suspicionis per *Constit. Decet Romanum* §. 6. P.P. *Innocentii XI.*, Non possunt argumento eodem Defenfores constituti post Labores aliquos factos in Causa prævio Mandato Procuræ amoveri per Clientes a Patrocinio Honorarioque suo cum cervicosa revocatione Mandati Procuræ consideratis motivis *Rot. decis.* 81. *n.* 1. *ad n.* 8. & *decis.* 107. *n.* 1. *ad n.* 7. *post Zacch. de Salar.*

10. Immo in casu amotionis factæ Defensorum per Clientes detectos prius fraude se se elegisse consuluisseve etiam eos uti pares Defensoribus suis ad inde deserendum pro vincenda Causa liteve magis tute vigore textus in *L. providendum* 7. *C. de postuland.* ibi: *Si quis autem ex Litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum plurimis & Adversario suo tali fraude subtraxisse paris Defensionis copiam, ostendet procul dubio iniquam a se Litem foveri & auctoritatem judiciariam a se delusam experietur* --, Est Defensoribus sic Desertis per Clientes tam malignos licitum sine timore prævaricationis assumere Partis contrariæ Patrocinium in Causa liteve eadem per Textum prædictum in terminis indicatum a *Can. Infames* 2. §. *Si vero in uno* 12. *Caus.* 3. *quæst.* 7., *Vrsay. in Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 83. *ad n.* 84. *& discept.* 13. *n.* 91. *par.* 2. *tom.* 4., *Guazzin.*

zin. Jun. ad Defenſ. animar. lib. 1. *Defenſ.* 3. *cap.* 4. *n.* 8., *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *Allegat.* 79. *n.* 26., *& in Romana Patrocinii die Mercurii* 15. *Decembris* 1632. extenſa apud *Rot. deciſ.* 2018. *n.* 3. *tom.* 4. *cor. Coccino*: ſervata inſuper Cauthela extra fraudem hanc inſinuata a *Barboſ. in L. cum te* 1. *n.* 4. C. *de Advocat. Fiſc.* deſumente Cauthelam iſtam a Stylo Regni utriuſque Siciliæ teſtificato per *Viv. Commun. Opinion. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 19. *tom.* 1. ibi: *Ubicumque in Regno fieret præjudicium per aliquem Clientem ſuo Advocato in deſerendo illum & in eligendo alterum Advocatum; conſuevere alias Advocati ita abſque eorum culpa a Patrocinio amoti convolare recurrereque mediantibus ſupplicationibus ad Regium Conſilium; in quo ſolet concedi ex rationabili Cauſa Advocatis ita expulſis Licentia & Facultas Advocandi & Poſtulandi pro contraria Parte in eadem Cauſa Franc. &c. Gabr. &c.*: approbante eam iterum atque iterum *Raynald. in Obſervat. Crim. Can. Civil. & Mixt. Cap.* 19. §. 1. *n.* 244. *ad n.* 245. *tom.* 2. ibi: *Poteris uti Cauthela &c. Adhuc uterer ſupradicta Cauthela* --, Dummodo tamen adverſus Cauthelam iſtiuſmodi Defenſorum non replicent cum probatione apta Clientes, ſeſe non propter cervicoſam voluptatem ſed propter negligentiam inſufficientiamque amoviſſe illos a Patrocinio ex *Rot. deciſ.* 81. *n.* 1. *poſt Zacch. de Salar.* vel amoviſſe præcipue propter litem motam ſuper Honorario indebito per *Rot. deciſ.* 107. *n.* 2. *poſt Zacch. de Salar.* Quia ex lite mota pullulans inimicitia juxta *Gallup. in prax. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 65. *verſic. & cum ex lite*, eſt efficaciſſima inimicitia pro litigantibus ad amovendos Defenſores a Patrocinio non ſolum quoad Clientes verum etiam quoad Adverſarios teſte *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 104., & *Poſt. de Manutenend. inſpect.* 92. *n.* 10. ibi: *Advocatus, qui eſt inimicus meus, poteſt me inſtante per Judicem prohiberi, ne ſit mei Adverſarii Advocatus, Borell. &c.*

§. II.

Quibus Debeatur Honorarium Pro Defenſione Cauſarum Crimlnalium Analogice Cum Litibus Civilibus?

1. CUM præſervata jam diſtinctione Paragraphi Quinti ſub numero ſexageſimo, Abjuratis ex ratione extrinſeca ſuperius in principio præcedentis Paragraphi primi Scriptoribns quibuſcumque, ut plurimum diſtinguentibus interpretatione doctrinali Honorarium, pro dcfenſione Litium Civilium, eſſe debitum ex *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *in honorariis* 10. §. *Advocatos* 11. *&* §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, proque Defenſione Cauſarum Criminalium, eſſe debitum ex *L. ſi pater* 34. §. *ſi quis* 1. *ff. de donationib.*, Abjuro eoſdem nunc in principio præſentis Paragraphi ſecundi, tamquam pertinaciter audentes adaptare, Facundiam Defenſorum Cauſidicorum ſub Honorario, ad Fortitudinem Debellantium Caſtra ſub mercede, non obſtante etiam inter tales Scriptores reperto Bartolo etſi Principe jam laudato per *Caccialup. de Mod. ſtudend. Docum.* 5. *verſic. Bartolum etiam* ibi: *Bartoliſta Optimus Juriſta*

cenſendus eſt : Quia , adinſtar Servii Sulpitii ſcribentis librum de Notis Mutii Scevolæ , haud obinde ceſſantis eſſe ejus Præceptorem magnæ famæ per *L. Mutius* 30. *ff. pro ſocio* , adinſtarqne Celſi Filii arguentis Sententiam Celſi Patris , haud hinc perdentis authoritatem ſuam digniſſimam per *L. dedit* 3. §. *ſi quis quaſi* 6. *ff. de condict. Cauſ. dat.* , ſi ratio intrinſeca dicatur anima Legis , a Scriptoribus his neglecta , etiam quoad ejus Litteralia verba , contra dogma illud juris notatum a *Rot. deciſ.* 10. *n.* 2. *par.* 1. *recent.* , non diminuo gloriam ſcriptoribus talibus ne Bartolo quidem , abjurando rationabiliter errorem tam magnum juxta *Vbert. de Congreſſib. Legalib. in Congreſſ.* 8. §. 10. *verſic. errandi* ibi : *Qui demum ab aliis repræhenſi extiterunt , non ideo propriæ gloriæ detrimentum fecere ; repræhendit Baldus errata Bartoli , Baldi lapſus poſteriores notarunt , & ſucceſſive alii redarguerunt Vetuſtiorum errores , & proprios Recentioribus corrigendos dimiſerunt ; Quid tum ? Purgatus eſt univerſus Ager Juriſprndentiæ , expunctis cujuſvis erroribus , pauciſſimis quidem magis emicat Auctorum Celebritas & Excellentia .*

2. Siquidem cum debeatur Honorarium Defenſoribus latiſſimo vocabulo ſumptis , apte declaratis per Interpretem Publicum Juris Patauiæ Joannem Antonium de' *Rub. in Tract. de Poteſtat. Procurator. & Defenſorib. in Cauſ. Criminalib. Cap.* 1. *n.* 294. , extenſis quoque ad ſignificandos , Advocatos Defenſores Juris , Procuratoreſque Defenſores Facti, Sollicitatoreſque Defenſores Actorum , Agenteſque Defenſores Negociorum, ex Textu præcitatæ *L.* Præſes *Provinciæ* 1. §. *Advocatos* 11. *ff. de var. & extraordinar. cognitionib.* ibi : *Advocatos accipere debemus omnes omnino , qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur* : ubi concluſive *Gloſſ. verb. quoquo modo* ibi : *Vt reddatur eis jus pro ſalario* : concordante cum Reformatione Tribunalium in *Conſtit. decet Romanum* §. 3. P. P. *Innocentii XI.* regiſtrata etiam extra Bullarium apud *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 2. *Appendic.* 59. §. 1. *ad* 3. *Rubric.* 3. *n.* 1. concordanteque cum Doctoribus omnibus ex *Gloſſ. in L. Salarium* 7. *verb. Si extra ordinem ff. mandat. vel contr.* , *L. quiſquis* 6. C. *de poſtuland.* , *Pratei. in Theſaur. de Significat. verbor. jur. lib.* 3. *Litt.* C. *Syllab. Cav. Verb. Cauſidici* , *Vbert. de Mod. & ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 1. *ad n.* 78. , *Card. de Luc. diſc.* 46. *n.* 1. *ad n.* 135. , *Veſtr. in prax. lib.* 2. *Cap.* 18. *n.* 1. *ad n.* 3. *Cap.* 19. *n.* 1. *ad n.* 3. & *Cap.* 20. *n.* 1. , & *Rot. deciſ.* 67. *n.* 7. *ad n.* 11. *deciſ.* 69. *n.* 29. *ad n.* 30. & *deciſ.* 98. *n.* 16. *ad n.* 21. *poſt Zacch. de Salar.* & *deciſ.* 104. *n.* 44. *ad n.* 45. *par.* 6. *recent.* Eſſet ſimilitudo impar facta æque Defenſoribus æquiparatis circa Honorarium Judicibus nobilibus nobilioribuſque apud *Raynald. in Obſervat. crim. can. civil.* & *Mixt. Cap.* 2. §. 6. *ad* 7. *n.* 32. *tom.* 1. ſtabiliendi vel tractandi pro Honorario reſpective eos , non Facundos Profeſſores ſed Fortes Debellatores , cum argumento juxta interpretationem Doctrinalem ſumpto ex *L. Si pater* 34. §. *Si quis* 1. *ff. de Donationib.* ibi : *Si quis aliquem a Latrunculis vel Hoſtibus eripuit , & aliquid pro eo ab ipſo accipiat , Hæc Donatio irrevocabilis eſt* : Quia præciſa ſignificatione Latrunculorum importante

tante Latrones Prædoneſque per *L. hoſtes* 24. *ff. de Captiv. & poſtlim.* differente a ſignificatione Latrunculatorum importante Miniſtros juris per *L. Solemus* 61. §. *Latrunculator* 1. *ff. de judic.*, importat etiam Defenſio hodie non vigorem Acerrimi Contradictoris ſed virtutem Agni Chriſti, per congeſta penes *Tiraquell. de Nobilit. Cap.* 29. *n.* 8. *& n.* 19.

3. Proindeque cum de jure Communi Orbis debeatur Honorarium Defenſoribus virtuoſis ſecundum ſæpecitatum Textum in *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *Advocatos* 11. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, nimirum, Defenſoribus illis prius audientibus leges quinquennio vigore *L. jubemus* 22. *la ſeconda* §. *nec de cætero* 2. *C. de Advocat. diverſor. judicior.* poſteriuſque Doctoratis jurantibus ſe ſe inſtructos peritia juriſprudentiæ vigote *L. nemini licere* 11. *C. de Advocat. Diverſor. Judic.*, Pariter quoque de jure Municipali Urbis debetur Honorarium Defenſoribus virtuoſis ſecundum Reformationem Tribunalium tum pro Defenſione Litium Civilium ſignanter apud Auditorium Sacrum ex *Conſtit. Univerſi agri* 71. §. 18. P.P. *Pauli V.* tum Pro Defenſione Cauſarum Criminalium ſignanter apud Auditorem Cameræ ex *Conſtit. Juſtitiæ gladium* §. 4. *Conſtit. Animati* §. 1. *& Conſtit. ad coercenda* §. 1. *ad* 28. P. P. *Benedicti XIV.* Quia non obſtante Doctoratu poſt quinquennium ſtudii obtento apud Archigymnaſium Sapientiæ extenſo apud *Paleol. in prax. ſuccinct. Cap. addit.* §. 2. dumtaxat apto ad Canonizandum Tyrones utique inſtruendos non inſtructos in Foro juxta Advocatum Antonium *De Nigr. de Nominationib. lib.* 2. *quæſt.* 37. *n.* 6. *ad n.* 7., ſtabilivit Pontifex Summus verificandos fore idoneos Defenſores circa uſum doctrinæ circaque probitatem morum juxta *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 111. ex atteſtatione exemplificata a *Paleol. in prax. ſuccinct. cap. addit.* §. 3. *ad* 56., cum matricula inde poſt Examen formiter feliciterque factum expedita penes acta Rotæ per Defenſores Civiles peneſque acta Gubernii per Defenſores Criminales, cumque opinione ſubinde poſt Matriculam ut ſupra expeditam firmata penes Clientes bonos peneſque Curiales optimos circa Defenſionem Procuratorum æqualem Defenſioni Advocatorum teſte *Zacch. de Salar. quæſt.* 82. *n.* 21. *ad n.* 23., *& Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 98.

4. Etiamſi tamen Pro defenſione litium Civilium rigor is quoad Sollicitatores Agenteſque prius ſtabilitus a Papa ſuſpenſuſque poſterius juxta hiſtoriam narratam a *Veſtr. in prax. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 3., fuit penitus relaxatus poſtremo ab Auditorio Sacro, reſolvente deberi eiſdem Honorarium non obſtante defectu virtutis eximiæ Advocatorum Procuratorumque quoad ipſos per *Rot. deciſ.* 67. *n.* 7. *ad n.* 11. *poſt Zacch. de Salar.*: ibi: *Nec relevat, quod Viarius non ſit Doctor nec Procurator in hoc Tribunali Approbatus, minuſque & Cauſarum Sollicitator &c. Placuit Reſponſio, quod qualitas Doctoratus requiritur in iis, qui ſunt Procuratores ad informandum non autem ad conficiendum Proceſſum &c. Expericntia docet, Primarios Curiæ Procuratores nullam fere in eorum perſonis habere Procuram ſed omnes confici in Perſonis Agentium Sollicitatorum & Aliorum &c. Qui ab eis poſtea normam & directionem accipiunt &c.* Quia forſan Sollicitatoribus Agentibuſque debe-

debetur improprie Honorarium adinſtar Notariorum propter Laborem corporis, ad differentiam Advocatorum Procuratorumque recipientium proprie Honorarium adinſtar Judicum propter Nobilitatem Officii ex *Zacch. de salar. quæſt.9. n.1. ad 2.*

5. E contra vero Pro Defenſione Cauſarum Criminalium rigor idem quoad Sollicitatores Agenteſque prius ſuſpenſus a Pragmaticis ſtabilituſque a Papa poſterius juxta ſanctionem noviſſimam ſiguanter *Conſtit. Juſtitiæ gladium* §.4.& *Conſtit. Animati* §.1. *P. P. Benedicti XIV.*: ibi; *Volendo, che ſi faccia degli Eſaminati ed Approvati il ſuo Elenco, comc ſi prattica dalli Procuratori Civili, che ſono ammeſſi a ſcrivere in Rota, e che a queſti ſolamente ſia permeſſo di* Attitare e Scrivere *nelle Cauſe Criminali di Roma &c.*, fuit preſſius reſtauratus poſtremo ab Auditore Sanctiſſimi, decernente condemnari ad pœnam, ob Defectum Virtutis exquiſitæ Defenſorum Approbatorum, Proſtantem quoad iſtos penes *Paleol. de Judic. Offic. in Corollar.3. n.4064. ad n.4065. tom.1.* Quia forſan Attentio Promptitudoque Cauſarum Criminalium Urbis exigit majorem rigorem maximo rigore illo Litium Civilium Communitatum, ſtabilito in reſolutione Congregationis extenſa apud *Cohell. in Collectan. Bullar. Reſolut. & Decretor. Communit.Stat.Eccleſiaſt.Tit. de Reſolutionib.Sac.Conſult. & Congregation. Bon. Regim. cap.13. n.1.*

6. Virtutique eximiæ exquiſitæque Pro Defenſione Cauſarum Criminalium analogice cum Litibus Civilibus, debetur Honorarium abſque Matricula expedita reſpective per acta Rotæ perque acta Gubernii, in Caſu oſtenſæ Diſpenſationis Papæ obtentæ vigore Reſcripti ſpecialis, quotidie Pluribus Patronis conceſſi, uniſone ad tradita in terminis per Advocatum Antonium *De Nigr. De Nominationib. lib.2. quæſt.37. n.10.*, Puta favore Adjutorum Studii Civilium retentorum a Defenſore Crimiuali Matriculato *Paleol. in Prax.Succinct.Prælud. n.1.* cum Re Judicata in Cauſa *Narnien. Injuriarum die 9. die 21. & die 27. Auguſti 1765. Pro Archipresbytero J. C. contra Canonicos T. D. & I. S. per acta Jacobutii Notarii A. C.*, Pariterque favore DeſenſorisUrbis Civilis non Matriculati permiſſi ad Allegandum Actitandumque in Cauſis Criminalibus *Paleol.in Prax.Succinct. Cap.addit.* §.15. & 17., Præſertimque favore Authoris edentis in lucem Volumina Varia, nuncupati in Litteris Apoſtolicis a Papa Juriſconſulti *Paleol. in prax.ſuccinct.Cap.addit.* §.13.14. & 56. *ac de Judic.Offic. in Prælud. n.13. & n.24. tom.2.* Quia Author iſtiuſmodi titulo Juriſconſulti habens adnexum Privilegium juris, eximentis Doctores opera ſua legalia Typis dantes ab Examine, uti reputatos pro Approbatis juxta *Novar. de Gravaminib. Vaſſallor. Gravam.191. n.2.ad n.7.tom.1.* Fuit ſub die 26. Septembris 1753. declaratus Advocatus, non ſolum Criminalis apud Tribunal Auditoris Cameræ, ſed etiam Civilis apud Tribunal Auditoris Sacri, per P. P. Benedictum XIV., ex Reſcripto ſpeciali per organum Proauditoris Sui Cardinalis Clementis Argenvillers, uſque ad ethera pro hoc beneficio cæteriſque prærogativis proinde exaltati ab eodem *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.7. n.6. ad n.8. tom.2..* exemplo extante de Uſu Reſcripti

ſcripti ipſius cum obtentione Honorarii per Rem judicatam in Cauſa *Romana Honorarii die* 20. *ad diem* 22. *Maii* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Canonicum F. A. per acta Martorelli Notarii A. C.*

7. Univerſis ergo Defenſoribus iſtis ſingulis ſeparatim fungentibus officio ſuo indubitate in Urbe ut infra, Unive etiam Defenſori iſtorum ſoli ſimul fungenti officio ſingulorum interdum in Urbe ut infra, Datur Honorarium, modeſte taxatum intra meritum Defenſoris cauſæ litiſve, vigore ſuperius allegatæ *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *in honorariis* 10. §. *Advocatos* 11. *&* §. *ſi cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, *& Conſtantin. ad Statut. Urb. Annot.* 63. *n.* 63. *ad n.* 64. *tom.* 2. deleto Honorario immodeſte Taxato extra meritum Defenſoris cauſæ litiſve vigore ſemper abrogatæ *L. Si pater* 34. §. *Si quis* 1. *ff. de Donationib.* conſentanee ad Reformationem Tribunalium in *Conſtit. Univerſi agri* 71. §. 18. *n.* 6. P. P. *Pauli V.*: ibi *Stipendia modeſte nec ultra meritum aut ultra Taxas capiant*: ex ratione jubente *Ne quid nimis* jubenteque *Feſtina lente* per ſententiam *Pratej. in Theſaur. de ſignification. verbor. jur. lib.* 12. *Litt. M. Syllab. Mod. verb. modus* cum Rota apud *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 2. *Appendic.* 29. *n.* 2. Puta ſi Allegatio Memorialeque Juris Factique cum concomitantibus ſuis Functionibus ejuſdem cauſæ fiat per duas Perſonas Matriculatas ex argumento *L. reſtituendæ* 25. *C. de Advocat. diverſ. Judic.*, Dividitur Honorarium Duplex uniſquibuſque ſingulis harum Perſonarum juxta modum laborum ſeparatorum ſuorum per *Bart. in L. binos* 10. *n.* 2. *C. de Advocat. diverſ. Judic.*, *Roman. Conſ.* 25. *n.* 2., *Surd. Conſ.* 42. *n.* 10., *Paris de Put. de Syndic. Judic. verb. Salarium Cap.* 5. *n.* 1., *Zacch. de Salar. quæſt.* 13. *n.* 1. *ad n.* 12., *& Paitell. deciſ.* 99. *n.* 8. uniſone eqnidem ad regulam *Rot. deciſ.* 52. *n.* 5. *ad n.* 6. *poſt Zacch. de Salar.*: ibi: *Pro ſingulis actibus ſecundum modum Laboris ſolet præſtari congrua ſatisfactio*: Pariterque ſi Allegatio Memorialeque Juris Factique cum concomitantibus ſuis Functionibus ejuſdem cauſæ litiſve fiat per unam Perſonam Matriculatam ex argumento *L. quicumque* 7. *C. de Principib. Agent. in reb. lib.* XII., Datur Honorarium duplex uni ſoli huic Perſonæ juxta modum laboris ſimultanei ſui per *Roman. Conſ.* 25. *n.* 2., *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 10. *ad n.* 26., *Menoch. de arbitrar. judic. lib.* 2. *cent.* 3. *caſ.* 223. *n.* 1. *ad n.* 12., *& Rot. deciſ.* 22. *n.* 11. *ad n.* 14., *deciſ.* 133. *n.* 1. *ad n.* 6., *& deciſ.* 336. *n.* 1. *ad n.* 23. *poſt Zacch. de Salar.* uniſone etiam ad regulam *Rot. deciſ.* 52. *n.* 5. *ad n.* 6. *poſt Zacch. de Salar.* cum Bertachino Capone Conſtantinoque relatis ab *Urſay. in Inſtit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 93.: ibi: *In aliquibus cauſis ſummopere optant Litigantes, ut Advocati faciant Reſtrictus Facti & Juris, ſeu adimpleant partes tam Procuratoris quam Advocati; Quo caſu attento duplici labore & ſtudio, duplicatum eis debetur Honorarium ex adductis per Conſtantin. &c.*

8. Prout quoque iſtud qualificatur Principium, quod ſi acta judicialia Sollicitatoris ac geſta extrajudicialia Agentis cum concomitantibus ſuis Functionibus, fiant a Perſona una ſola ſive ſuperius notata Matriculata in Cauſis Criminalibus ſive ſæpe non Matriculata in Litibus Civilibus ex argumen-

gumento Textus in *L. ex his Scholaribus* 14. *C. de erogat. mil. annon. Lib.* XII., datur Honorarium Duplex uni soli huic Personæ ratione duplicis Officii functi, secundum catervam Classicorum Doctorum unisonè ad Textum prædictum numeratam per *Zacch. de Salar. quæst.* 11. *n.* 16. *ad n.* 17. *&* *n.* 26. *ad n.* 28., *&* *Guazzin. Jun. ad Defens. Animar. lib.* 1. *Defens.* 4. *cap.* 1. *n.* 21. cum famigeratissimo Responsio Juris dato per *Roman. cons.* 25. *n.* 1. *ad n.* 6. adaptato Universis Professoribus Vario Officio Vacantibus apud *Rot. decis.* 302. *n.* 6. *post Consil. Criminal. Farinac.* ibi -- *Stephanus inservierit nedum in munere Advocati sed etiam pro Consiliario; Quo casu duplicandum esset salarium & justa esset illius petitio Roman. &c.*: repetita de verbo ad verbum apud *Rot. decis.* 45. *n.* 10. *post Zacch. de Salar. & decis.* 310. *n.* 6. *par.* 3. *recent.* itemque in casu Officii Revisoris fungentis Officio Computistæ etiam per *Rot. decis.* 354. *n.* 4. *ad n.* 5. *par.* 1. *recent.* ibi: *Dicta pars licet ab initio fuisset & constituta propter Revisionem, tamen succedente Vacatione Computistæ Ordinarii Domus Domini Ducis & electo ad dictum Officium eodem Horatio, successit in mercedem & salarium ejusdem Officii unacum cum septem scutis menstruis, prout habebat Computista Antecessor Horatii; Ex quo sequitur, quod duplex Officium gesserit, duplex etiam illi merces debeatur §. illud &c. Roman. &c.*: itidemque in casu Officii uniuscujusdam Nobilis Viri fungentis Officio altero etiam Nobilis Viri per *Rot. decis.* 10. *n.* 13. *ad n.* 16. *par.* 6. *recent.* ibi: *Confirmarunt etiam Domini quod jam resolverunt in Decisione quæ revidetur, Commendatori deberi Salarium Scutorum quinquaginta quolibet mense, dum moratus fuit in partibus, quando vero in Urbe sexaginta quolibet mense; Nec censuerunt esse diminuenda scuta vigintiquinque solita assignari per Religionem & soluta Commendatori ex causa vacantis mortuarii quo tempore ipse fructus percepit; Quia eodem tempore gerebat duo negocia diversa, Primum Religionis, Aliud vero Prioris, ideo etiam duo Salaria consequi debet Felin. &c. Roman. &c. Et cum in hac materia attendatur solitum, Domini magnificerunt Fidem Oratoris Religionis, qua attestatur sibi gerenti duplex Officium duplex dari Salarium, & ita esse solitum Religionis, quod unicuique exercenti plura distincta & separata Officia, Diversa assignantur Salaria &c.*

9. Afflicti remanserunt autem absque remedio Aliqui, quod (præcisis Sollicitatoribus Agentibusque supplètis in officio ex persona Adjutorum studii menstrualiter salariatorum interdum per Advocatos Procuratoresque Matriculatos cum exactione Honorarii illorum aucta Honorario istorum ad interpretationem Textus præallegatæ *L. ex his Scholaribus* 14. *C. de erogat. mil. annon. Lib.* XII.), Vident solum declinatam non destructam penitus Sanctionem Municipalem Romæ nimirum Reformationem Tribunalium Urbis signanter Papæ Pauli Quinti, *Pro Defensione Causarum Criminalium Analogice Cum Litibus Civilibus*, quasi argumento judiciorum privatorum aptando judiciis publicis, Appetentem Personis separatis scilicet Advocato Procuratorique solvi Honorarium separatum scilicet Juris Factique ex *Cardinal. Petr. ad Constit. Apostolic. in Constit.* 2. *Benedicti*

*dicti XII. n.*8. *tom.*4., *& Legionen. Parochialis die* 23. *Aprilis* 1706. indicata ſub principio apud *Rot. deciſ.*133. *ant. n.*1. *tom.*1. *coram Kaunitz.* cum reſcripto relato per *Urſay. in Inſtit. Crim. lib.*2. *tit.* 10. *n.*118. ibi: *Sacra Rota non ſolet admittere diligentiam illam quamvis commendabilem aliquorum Primæ Claſſis Procuratorum, ſcribendi etiam in jure, relinquendo partem hanc Advocatis, ne eorumdem Profeſſiones confundantur; In quibus terminis vel oretenus inſinuare vel in ſcriptis demandare ſolet, ut ſcribat Advocatus; Quatenus autem talibus Reſcriptis ſeu Menti adeo qualificati Tribunalis prompte non obediatur, ſolet nedum ſuſpendere eoſdem Procuratores a ſcribendo ſed ulterius illos obligare ad expenſarum refectionem, ut practicavit die &c.*; Quamviſque inter afflictos iſtos Primus Cardinalis Clemens Argenvillers Proauditor P.P. Benedicti XIV. memor obſervantiæ Sanctionis Municipalis iſtiuſmodi de tempore ſuæ Profeſſionis in Defenſione Litium Civilium cum *Conſtantin. ad Statut. Urb. Annot.*63. *n.*63. *ad n.*64. *tom.* 4., voluerit Obſervantiam eamdem ad unguem de tempore ſuæ Reformationis in Defenſione Cauſarum Criminalium reſtaurare, utens increpationibus vigoroſæ Reformationis Romandiolæ in *Conſtit. in omnibus* §. *de officio Advocati & Procuratoris & eorum mercede* 18. *die* 29. *Septembris* 1587. P.P. *Siſti V.*, punctualiter regiſtratis penes *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.*2. *in Append.*38. *tit.*18. *verb. Reformatio*, ſummatim ſignificatis apte a ſuo ſectatore *Paleol. in prax. Succinct. Prælud. n.*19. *& n.*30. *ad n.*43. *& de Judic. Offic. n.*4064. *ad n.*4065. *tom.*1., Nihilominus in vanum animadverſit idipſum Providus Cardinalis Clemens Argenvillers Proauditor P.P. Benedicti XIV., non obſtante demonſtratione erectionis æqualis Advocatorum Procuratorumque Civilium Criminaliumque facta per ſupradictum ſectatorem *Paleol. de Judic. Offic. in Prælud. n.*9. *ad n.*12. *tom.*2. uniſone ad *Rot. deciſ.*69. *n.* 29. *ad n.*30. *poſt Zacch. de Salar.*

10. Quia, uſquedonec conſtitit conſtet conſtabitque ad evidentiam notoriiſſimam in Romana Curia de Deſerta ſemper Defenſione Cauſarum Criminalium per Advocatos Procuratoreſque deditos ſtudio defenſionis Litium Civilium propter relatas rationes plurimas a *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.*46. *n.*69. *ad n.*77., Debet ſemper pauciſſimis Defenſoribus repertis inter Deſertionem Defenſionis ſimul fungi Officio Advocati Procuratoriſque dari Honorarium Duplex Juris Factique, juxta conſuetudinem hucuſque obſervatam, ex argumento Propinæ Judicum in præcedenti Paragrapho primo æquiparatæ Honorario Defenſorum, cum concluſione ſequenti apud *Zacch. de Salar. quæſt.* 11. *n.*28. *& n.*40. *ad n.*41. ibi: *Recte enim quis poteſt vicem plurium ſuſtinere & uno eodemque tempore duo officia exercere & pro utroque Salarium recipere; Quando non habent adnexam adminiſtrationem, aut ſi habent, inter ſe non repugnant, ſed invicem ſe compatiuntur*; Prout *in munere Advocatorum & Procuratorum, quorum Officia licet ſint ſeparata, utraque commode expediri poſſunt, cum ad eumdem finem tendant* Cap. *&c. Videmus adeſſe in Sacro Rotæ Romanæ Tribunali, in quo per obitum Auditorum pro tempore, quo remanet Rota*

in paucioribus Judicibus, accrescunt eis salaria & sportulæ distribuendæ: Cum spe tamen summa quamcitius videndi tandem, [ætate mea anxia nimis] Redivivam Sanctionem Municipalem Romæ, *Pro Defensione Causarum Criminalium Analogice Cum Litibus Civilibus*, reapse ex Protectore Virtutum Virtuosorumque Providissimo Cardinali Aloysio Torregiano Secretario Status SSmi D. N. P.P. CLEMENTIS XIII., utpote (acclamantibus omnibus Viris Romanæ Curiæ) gloriose Adnuente Exercitationem menstrualem stabilitam De Re Criminali Forensi, studiosis bonæ voluntatis Juvenibus congregandis in Domo Advocati Blasii Biaggioli Summistæ Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis, ad formam Orationis multifariam impressæ eleganter compositæ suaviterque recitatæ a Commendabili Juvene Julio Cæsare Carocio olim Adjutore Studii Advocati Consistorialis Caroli Mariæ Francucci sub die Dominico 12. Maii 1765. coram me cæterisque multis unisone ad *Paleol. de Judic. Offic. in Accession. Vot.* 1. *sub n.* 103. *tom.* 1.

11. Concludo, quod si non ex Vigore Acerrimi Contradictoris sed ex Virtute Agni Christi (verificata cum Matricula legitime expedita cumque Opinione laudabiliter evulgata), debeat affirmari per tot rationes mox allegatas Honorarium Personis Operantibus pro Defensione Causarum Criminalium analogice cum Litibus Civilibus de Jure Communi Municipalique cum Reformationibus Tribunalium admittentibus Textum antedictum in *L. Præses Provinciæ* 1. §. *Advocatos* 11. *ff. de var. & extraordin. cognit.*; Debet negari Honorarium Personis Operantibus Pro Defensione Causarum Criminalium analogice cum Litibus Civilibus per triplices rationes mox allegandas ex Vigore Acerrimi Contradictoris extra Virtutem Agni Christi (verificandam cum Matricula legitime expedita cumque Opinione laudabiliter evulgata) de Jure Communi Municipalique cum Reformationibus Tribunalium abhorrentibus Textum abjuratum in *L. Si pater* 34. §. *Si quis* 1. *ff. de Donationib.*

12. Prima ratio est, quod si Papa Defensores non Matriculatos declarat ignorantes, Fide dignus ex *Mascard. de probat. lib.* 3. *concluf.* 1227. *n.* 119. ibi: *De Consuetudine Regum Mundi, dicta Principum plenæ probationis loco sunt, ita dicit Bald. &c.* proinde præcipiens districte Judicibus ad non admittendos istos, tum in Litibus Civilibus uti Damnosos Bursæ Clientum ex *Constit. Universi agri* 71. §. 18. *n.* 1. *ad n.* 4. P.P. *Pauli V.*, tum in Causis Criminalibus uti Damnosos Vitæ Clientum ex *Constit. Justitiæ gladium* §. 4. & *Constit. Animati* §. 1. P.P. *Benedicti XIV.*, *Ambrosin. de process. informat. lib.* 2. *cap.* 2. *in Schol. n.* 19., *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.* 46. *n.* 71., & *Paleol. in prax. Succinct. Prælud. n.* 7. *ad n.* 17., Non debetur Honorarium Defensoribus istiusmodi non Matriculatis ex Capite ignorantiæ per *Zacch. de Salar. quæst.* 52. *n.* 139. *ad n.* 142. ibi: *Declara non deberi Salarium Advocato indocto & legum ignaro, etiamsi fuerit Conventum, ut ponit exemplum* Port. *&c. Et ea est ratio, quia licet non fuerit in dicta promissione aut conventione apposita conditio si erit Doctus, tamen intelligitur tacite apposita, quæ pro expressa habenda est L. &c.*

Quod

Quod ampliatur, non ſolum non eſſe tali caſu ſolvendam promiſſam mercedem, verum etiam poſſe ejus principalem jam ſolutam ab ipſo repetere Bart. &c.

13. Secunda ratio eſt, quod ſi Papa Defenſores non Matriculatos declarat Excommunicatos indignatione Dei ex *Guazzin. Jun. ad Defenſ. Animar. lib.2. Defenſ.6. cap.47. n. 34.* ibi: *Pœna a Jure & in Decretis Conciliorum vel Bullarum Pontificis, ſub his verbis Indignationis ſcilicet Dei & Sanctorum Petri & Pauli, idem importat, quod pœna Maledictionis, & poſſit etiam excommunicari &c.*: propter addita expreſſe iſta verba Indignationis Dei Sanctorumque Petri & Pauli in præcitatis Sanctionibus *Conſtit. Univerſi agri* 71. §.26. *P.P.Pauli V. & Conſtit. Juſtitiæ Gladium* §.9. *P.P. Benedicti XIV.*, Non debetur Honorarium Defenſoribus iſtiuſmodi ex capite Excommunicationis per *Zacch. de Salar. quæſt.*52. *n.*143. *ad n.*152. ibi: *Declara ſecundum aliquos,quod non poſſit Advocatus petere Salarium pro Patrocinio præſtito tempore, quo erat excommunicationis vinculo adſtrictus; Immo ſi aliquid excommunicatione durante recepit, teneatur ad reſtitutionem vel diſpenſare pauperibus, ut videre eſt apud Franch. &c. Contrariam tamen Sententiam amplexi ſunt Abb. &c. Veritas tamen eſt, quod poteſt dari caſus, in quo Advocatus patrocinans Cauſas ita excommunicationem contemnat, ut poſſit puniri & inter cæteras pœnas poſſit privari omni Salario & lucris, quæ patrocinando fuiſſet adeptus, Joan.Andr.&c.*

14. Tertia ratio eſt, quod ſi Papa Defenſores non Matriculatos declarat indignos Honorario ex *Conſtit. Univerſi agri* 71. §. 18. *num.*6. *P.P. Pauli V.* ibi: *Stipendia modeſte, nec ultra meritum, aut ultra Taxas capiant*:, Non debetur Honorarium Defenſoribus iſtiuſmodi non Matriculatis ex capite Demériti per *L. deferre* 18. §. *veterani* 5. *ff. de Jur.Fiſc.* utpote ſtabilientem Honorarium Meritiſſimis Veteranis cognitis pro premio debito eis poſt tempora ſtudii Legalis impleta juxta ſenſum prædictorum verborum Papæ ſic explicandornm etiam per *L. ager* 27. §. *Stipendium* 1. *ff. de verbor. Signific.*, *L. item miles* 18. *ff. de re judic.*, *L. arbitrio* 18. *ff. de dol. mal.*, *Rubric. in* C. *de his qui non imple.ſtipend.*, *Paleol. in prax. Succinct. Apoſtroph. n.*1. *ad n.*2., *Menoch. de arbitr. judic. lib.*1. *quæſt.*8. *n.*54. & *quæſt.*11. *n.*8. *ad n.*13., & *Rot. deciſ.*1. *n.*3. *ad n.*5. *poſt Zacch. de Salar.* exemplo Defenſoris orbati officio Defenſionis ex *Zacch. de Salar. quæſt.* 32. *n.*66. *ad n.*68. Quia alias contra ſenſum præfatorum verborum Papæ ſic explicatorum, Defenſores non Matriculati Demeritiſſimi Capientes Honorarium, committerent Furtum in damnum Defenſorum reapſe Matriculatorum Meritiſſimorum prohibitum a Papa cum antedictis verbis *Conſtit. Univerſi agri* 71. §. 18. *n.* 6. P.P. *Pauli V.* ibi: *Nec ultra meritum capiant*: propter ſignificationem Captionis explicatam ſic ab Alciato Accurſioque cum *Gloſſ. in L.quamvis* 1. §. *quod apud* 1. *verb. capit ff. de Fidejuſſorib. & Hæredib. Tutor.* ibi: *Capit ideſt accipit vel aufert*: extenſam uſque ad Rapinam per *Pratei. in Theſaur. de ſignificat. verbor. Jur. Lib.*3. *Litt.*C. *Syllab. Cap. verb.* Capere *ut Ulpianus ſcribit.* concludentemque vere peccatum haud ab-

ſolvendum ſine reſtitutione ex *Muſcatell. de Dignit. Decor. & Auctorit. Doctorat. par.*1. *n.*38. *ad n.*47., & *Guazzin. Jun. ad Defenſ. Animar. lib.*1. *Defenſ.*2. *cap.*4. *n.*7. *ad n.* 12. ibi : *Peccat mortaliter , & tenetur ad reſtitutionem* : Atque idipſum militat ſimiliter reſpectu Defenſorum prohibitorum ratione officii patrocinandi Cauſas Liteſve ſive apud ſuum Tribu nal ſive apud alia Tribunalia juxta ſpecificationem factam a prænotatis Conſtitutionibus ex ratione ſumma *Card. de Luc. in Relat. Roman. Cur. diſc.*32. *n.*1155. concordante cum diſpoſitione *Can. nullus* 1. *il primo & Can. nullus* 2. *il ſecondo cauſ.*4. *quæſt.*4.

§. III.

Quale debeatur Honorarium Pro *Defenſione Cauſarum Criminalium Analogice Cum Litibus Civilibus?*

1. CUM præſervata jam Diſtinctione Paragraphi Quinti ſub numero ſexageſimo, Ad qualitatem perſonarum rerum actionumque pro Honorario in principio præcedentium Paragraphorum primi ſecundique , everſarum quoad Textum in *L. Si pater* 34. §. *Si quis* 1. *ff. de Donationib.*, enucleatarumque quoad Textum in *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. §. *Advocatus* 11. & §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordin. cognit.* addita regula differentiæ quoque inter Contradictorum Fortiſſimorum & Cauſidicorum Facundorum Profeſſores expoſita a *Paleol. de Judic. Offic. n.*3832. *ad n.*3839. *tom.*1. ibi : *Illa armis , iſta legibus pugnat ; Illa per vias devias , iſta per vias Regias procedit ; Illa præcipitanter , iſta tranquille agit , Sylveſtr. &c.*, Accedit robuſtiſſimum motivum, non ſolum abjurandi interpretationem Doctrinalem Argumentativam , firmantem deberi Honorarium ex Donatione irrevocabili mercedis pretii illimitati , ſtabilita Fortiſſimis Contradictoribus pro debellanda violentia injuriaque Inimicorum quaſi Aggreſſorum vigore præfatæ *L. Si pater* 34. §. *Si quis* 1. *ff. de Donationib.* ibi : *Donatio irrevocabilis eſt &c. Æſtimari non placuit &c.*, ſed etiam admittendi interpretationem Uſualem Authenticamque , firmantem deberi Honorarium ex Datione repetibili quotæ pretii limitati , ſtabilita Facundis Cauſidicis pro diſponenda veritate juſtitiaque Judicibus quidem Amabilibus vigore prædictæ *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *in honorariis* 10. *ff. de var. & extraordin. cognit.* ibi : *Repetere debes &c. Æſtimationem adhibeat &c.* , Quia ſi Donatio id genus influeret Qualitatem ſdam Honorario iſtiuſmodi pro fundanda obligatione ex regula L. *Stipulationem* 74. *la terza* §. *certum eſt* 1. *ff. de verbor. obligat.*, corruit totum ex prohibitione vulgatiſſima Conſtitutionis Secundæ P. P. Benedicti XII. non obſtante prætextu quocumque interminis allegatæ per *Zacch. de Salar. quæſt.*52. *n.*90. *ad n.*91., & *in Anagnina Donationis die* 19. *Junii* 1662. *coram Bevilacqua*, uniſone ad Textum in *L. quiſquis* 6. §. *præterea* 5. §. *nemo ex his* 6. & §. *nam ſi lucro* 8. *C. de poſtuland.* , cum cæteris congeſtis per Auditorium Sacrum in *Romana Domus ad Curſum die* 7. *Martii* 1712. *coram*

ram Scotto , & Romana Donationis die 17. *Martii & die* 4. *Decembris* 1741. *coram Molino , ac Romana Contractuum die* 20. *Martii* 1744. *coram Molino* .

2. Etenim ſi Doctores opinionis erroneæ dicant pro Honorario negocii capitalis ſuſtineri Donationem iſtiuſmodi Mercedis pretii illimitati ſecundum ideam *Bart. in L. Si pater* 34. §. *Si quis* 1. *n.* 1. *ff. de Donationib.* ideamque *Alexand. ad Bart. in L. præſes provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *n.*1. *Litt. A. ff. de var. & extraordin. cognit.* atque cum aliis collectis a *Tiraquell. de Nobil. Cap.*29. *n.*37., *Menoch. de Arbitrar. judic. lib.*2. *cent.*6. *caſ.*513. *num.*4. , *& Conſtantin. ad Statut. Vrb. Annot.*63. *artic.*1.*n.*228.*ad n.*230.*tom.*2. propter ratiouem Doloris Clientum in Statu tam triſti conſentientium dare quamcumque ſummam Defenſoribus ex *Zacch. de Salar. quæſt.*52. *n.*101. ibi : *Accipite , dum dolor eſt:* , Corruit ob hanc rationem ipſiſſimam totum tamquam ex metu amiſſionis Cauſæ Litiſque Contractum juxta *Card. de Luc. de Teſtam. diſc.*51. *n.*3. *ad n.*5., *& Vrceol. de Tranſactionib. quæſt.*30.*n.*3. *ad n.*5. E contra ſi Doctores opinionis æquæ dicant pro Honorario negocii capitalis ſuſtineri Dationem indicatam quotæ pretii limitati ſecundum Sententiam *Alciat. in L. Creditori tuo* 5. *n.*24. C. *de Pact.* ſententiamque *Pinell. in L. reſque* 1. *n.*62. C. *de bon-matern. & matern.gener.* ac cum cæteris congeſtis a *Zacch. de Salar. quæſt.*52. *n.*99. *ad n.*101. , *& Bonacoſſ. Commun. Opinion. Criminal. verb. Advocatus verſ.*3. *tom.*1. propter rationem laboris Defenſorum in Statu etiam Criminali coactorum recipere moderatum Honorarium Clientum ex *Farinac. quæſt.* 106. *n.*53. ibi : *Concludit in hac materia , non poſſe dari præciſam Taxationem Mercedis , ſed illam eſſe Commenſurandam Laboribus in Cauſa Suſtinendis* ; Concluditur ob hanc rationem, communem debere eſſe Qualitatem Honorarii ProDefenſione Cauſarum Criminalium analogice cum Litibus Civilibus vigore *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. §. *Advocatos* 11. *&* §. *Si cui cautum* 12. *ff.de var.& extraordinar.cognit.* , *& Raynald. in obſervat. Crim. Canonic. Civil. & Mixt.Cap.*19. §. 2. *ad* 3. *num.*35. *tom.*2. ibi : *Et hoc tam in Civilibus quam in Criminalibus* ; *Cum nulla differentiæ ratio dari poſſit* .

3. Proptereaque, cum de jure quæcumque gratificationes remunerationeſque maxime a Clientibus large promiſſæ Defenſoribus ſemper appetentibus majus Honorarium in Litibus Civilibus dicantur Adulatoriæ Officioſæque nullam inducentes obligationem per *Cap cum veniſſent* 6. *de Inſtitutionib.* , *& Rot. deciſ.*20. *n.*4. *poſt Zacch. de Salar.* , debent inducere nullam obligationem fortius in Cauſis Criminalibus juxta rationem ſuperadditam in ſua ſententia ſuperallegata ab Alciato & Pinello acceptam per *Zacch.de Salar. quæſt.*52. *n.*100. ibi : *Scilicet quod in hujuſmodi Cauſis minus ſtudium ſufficiat , & potius benevolentia quam nummis Patrocinantes ſint remunerandi* : obſervatamque in Romana Curia cum acclamatione omnium Profeſſorum Selectiſſimorum Pragmaticorum regiſtrata apud *Paleol. in prax. Succinct. Cap.addit.* §.20. *ad* 55. ibi : *Integerrimum diligentemque cognovimus , atque una ſimul Diſcretum liberalemque in exigendis functionibus , relinquendo ut plurimum arbitrio noſtro earum Taxationem atque ſatisfactio-*

ctionem: Quia regula inexcepibilis eſt, Defenſores nihil aliud petere poſſe a Clientibus, ultra Honorarium expreſſe Definitum ad formam juris per *Rot. deciſ.*20. *n.*5. *poſt Zacch. de Salar.*, Puta ad formam, Conſtitutionis Principis, Conventionis Partium, Conſuetudinis Particularis, Arbitriive Judicis, per *Zacch. de Salar. quæſt.*9. *n.*1. *ad n.*51. *& quæſt.*52. *n.*91. *& Urceol. de Tranſactionib. quæſt.*30. *n.*6. *ad n.*35.

4. Primo ad formam Conſtitutionis Principis, expreſſe definitum reperitur Honorarium Romæ ſemper habita ratione primaria potentiſſima Laboris ex *Rot. deciſ.*65. *n.*7. *poſt Zacch. de Salar. deciſ.*29. *n.*4. *par.*1. *& dec.*329. *n.*4. *par.*3. *recent.*, nunquamque habita ratione ſecundaria ſola temporis ex *Rot. deciſ.*87. *n.*10. *poſt Zacch. de salar. deciſ.*291. *n.*2. *ad n.*5. *& deciſ.*354. *n.*4. *part.*1. *recent.*, tum apud Jus Commune in *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. §. *Advocatos* 11. *&* §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, tum, apud Jus Municipale in *Statut. Urb. lib.*3. *cap.*92., tumque apud Reformationem Tribunalium in *Conſtit. Decet Romanum* §.3. *n.*1. *P. P. Innocentii XI.*, ex vulgatiſſima authoritate omnium ſignanter *Zacch. de Salar. quæſt.*52. *n.*1. *&* *n.*105. *& quæſt.*82. *n.*1., *&* *Card. de Luc. de Judic. diſ.*6. *n.*25. *ad n.*30., cum Declaratione Papæ afficiendi Reformationem prædictam in Univerſo Statu Eccleſiaſtico Italiæ juxta *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.*2. *Appendic.*59. §.1. *Rubric.*3. *n.*1. *ad n.*3. *&* §. 3. *Rubric.*3. *n.*1. *ad n.*3.

5. Quo caſu, propter nefas extorſionis commiſſum in exigendo a Clientibus aliquid plus Honorarii definiti in Lege Principis, tenentur Defenſores ad reſtitutionem illius pluris extorti in *Can. Non ſane* 15. *Cauſ.*14. *quæſt.*5. Quia acceptantes Officium Defenſionis habentis præfinitum Honorarium Certum a Prineipe Supremo ſive in Conſtitutione ſive in Edicto ſive in Decreto importantibus idem ex *Medic. De Definitionib. Jur. par.*2. *definit.*1. *n.*1. *ad n.*9., Dicuntur tacite cum Principe ipſo contraxiſſe obligationem exercendi Officium Defenſionis pro Honorario Taxato per *Zacch. de Salar. quæſt.*9. *n.*3., Cum conventiones legitimæ, quæcumque ſint, ſemper ſunt ſervandæ per *Rot. deciſ.*299. *n.*1. *tom.*1. *par.*4. *recent.*

6. Taliterut ſi Honorarium a Principe Taxatum videatur tenue alicui, ſibi jus dicendo proindeque prætendenti capere quocumque poſſibili modo incrementum illius, etſi ſub prætextu vitæ congruæ vivendæ ex *Menoch. de arbitrar. Judic. lib.*2. *Cent.*6. *Caſ.*514. *n.*12., eſt Reus punitione dignus adinſtar avidi Officialis in *Conſtit. ad Coercenda* §.28. *P. P. Benedicti XIV.* Quia præciſis plurimis aliis rationibus idipſum demonſtrantibus exceſſum tantum prohibitum ducto argumento a *Bannim. Gen. Guber. Urb. Cap.*87. *verſic. e fralle*, debet tali caſu potius officium ſuum derelinquere quam contra legem ſanctam delinquere ita per *Zacch. de Salar. quæſt.*9. *n.*4. *ad n.*16. ibi: *Potius tali caſu debebit vel pro illo Salario ſervire vel officium derelinquere; Melius namque eſt damnum pati quam indebite aliquid exigere Cap. &c.*

7. Secundo ad formam Conventionis Partium, expreſſe definitum reperitur Honorarium Romæ, tum apud Jus Cæſaris in *L. Præſes Pro-*

vin-

vinciæ 1. §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordin. cognit.*, tum apud Jus Dei in *Deuteronom. Cap.* 24. *n.* 14, *ad n.* 15., tum apud Reformationem Tribunalium in *Conſtit. Univerſi agri* 71. §. 18. *n.* 14. *P.P. Pauli V.* ex notiſſimis Scribentibus præſertim *Ridolph. in prax. par.* 2. *Cap.* 4. *n.* 65., *Paleol. de Judic. Offic. n.* 839. *ad n.* 841. *tom.* 1., *Zacch. de Salar. quæſt.* 9. *num.* 19., & *Rot. deciſ.* 66. *n.* 1. *ad n.* 21., & *deciſ.* 67. *n.* 22. *ad n.* 30., & *deciſ.* 77. *n.* 1. *ad n.* 5., & *deciſ.* 83. *n.* 1. *ad n.* 7., & *deciſ.* 86. *n.* 1. *ad n.* 2., & *deciſ.* 104. *n.* 6. *poſt Zacch. de Salar.*, ſemper retenta ſpecie differentiæ inter Conventionem & Pactum & Promiſſionem & Pollicitationem & Conſtitutum ex *Medic. de Definitionib. Iur. par.* 2. *definit.* 46. *n.* 1. *ad n.* 17., retentaque ſpecie differentiæ pacti de Quota litis & de Palmario victoriæ interdum prohibiti interdumque permiſſi ex *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordin. cognit.*, *L. ſi quis Advocatorum* 5. *C. de poſtuland.*, *Statut. Urb. lib.* 1. *Cap.* 118., *Conſtit. Univerſi agri* 71. §. 18. *n.* 7. *P.P. Pauli V.*, *Cancer. Var. Reſol. par.* 2. *Cap.* 14. *n.* 178. *ad n.* 190., *Farinac. quæſt.* 106. *n.* 1. *ad n.* 67., *Urceol. de Tranſactionib. quæſt.* 30. *n.* 16., *Zacch. de Salar. quæſt.* 52. *n.* 69. *ad n.* 90., *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 47. & *de Credit. diſc.* 138. *n.* 11., *Raynald. in obſervat. crim. can. civil. & mixt. cap.* 19. §. 2. *ad* 3. *n.* 1. *ad n.* 39. *tom.* 2., & *Rot. deciſ.* 137. *n.* 1. *poſt Zacch. de Salar.*

8. Quatenus autem Conventio Honorarii legitima oſtendatur, debet tamquam Lex ab utraque parte obſervari haud in obulum alteranda ex *L. jubemus* 22. *la ſeconda* C. *de Advocat. Diverſor. Iudic.*, *Zacch. de Salar. quæſt.* 9. *n.* 17. *ad n.* 18., & *Rot. deciſ.* 145. *n.* 4. *tom.* 2. *par.* 4. *recent.*, Dummodo tamen Conventio Partium non augeat Honorarium majus Honorario ſtabilito apud Conſtitutionem Principis, utpote non obligans tamquam inita contra Legem ex *L. pacta quæ* 6. *C. de pact.*, immo tunc obligans ad Taxam a Judice faciendam ſecundum Conſtitutionem ex *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *ff. de cur. & extraor. cognit.*, *Sarment. Sel. Interp. lib.* 1. *Cap.* 11. *n.* 9., & *Farinac. in Fragm. ad Reper. de Contrac. Litt. S. verb. Salarium n.* 54., exemplo extante in celeberrima Reſolutione Signaturæ Deciſioneque Rotæ impreſſa apud *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 2. *Appendic.* 29. *n.* 1. *ad n.* 13., Niſi ſit vallata juramento, utique obligante ad obſervantiam, abſque interitu ſalutis æternæ ex *Cap. Si vero* 8. *de jurejur.*, *Zacch. de Salar. quæſt.* 9. *n.* 19. *ad n.* 28., & *Rot. deciſ.* 682. *n.* 14. *tom.* 3. *par.* 4. *recent.* Aſt titubatio Partium reducendæ Conventionis Honorarii ad obſervantiam redditur certa exemplis per *L. neque leges* 10. & L. *non poſſunt* 12. *ff. de Legib.*, & *Paleol. de Iudic. Offic. in Prælud. n.* 15. *tom.* 2.

9. Temperate pro Honorario, Advocatus vigore Apocæ obtinuit ſcuta ſexaginta annua pro una Cauſa, exemplo extante apud *Rot. deciſ.* 137. *n.* 1. *ad n.* 3. *poſt Zacch. de Salar.*, Procuratorque vigore Epiſtolæ obtinuit annua ſcuta centum, libraſque mille, aureoſque quadraginta, exemplo extante apud *Rot. deciſ.* 6. *n.* 1. *ad n.* 8. *deciſ.* 7. *n.* 1. *ad n.* 10. *deciſ.* 9. *n.* 1. *deciſ.* 12. *n.* 4. *deciſ.* 64. *n.* 7. *ad n.* 8. *deciſ.* 67. *n.* 28. *ad n.* 31.

deciſ.

decis. 84. *n.* 1. *ad n.* 5. *& decis.* 115. *n.* 1. *ad n.* 7. *post Zacch. de Salar. & decis.* 238. *n.* 1. *ad n.* 4. *part.* 1. *recent.* item menstrualia scuta quinque, scutaque quinque cum obulis quinquaginta, scutaque septem, scutaqne tria cum victu & habitatione, pro pluribus Causis ex *Rot. decis.* 28. *n.* 3. *decis.* 83. *n.* 1. *ad n.* 9. *decis.* 136. *n.* 1. *ad n.* 3. *decis.* 147. *n.* 1. *ad n.* 2. *decis.* 149. *n.* 1. *ad n.* 12. *& decis.* 150. *n.* 9. *ad n.* 12. *post Zacch. de Salar.* Sollicitatorque obtinuit vigore quasi Contractus menstrualia scuta duo exemplo extante apud *Rot. decis.* 98. *n.* 21. *post Zacch. de Salar.*, scutaque duo obulosque quinquaginta menstrualiter in Causa Parmensi relata a *Paleol. in prax. Succinct. Prælud. n.* 42. sed vigore Epistolæ menstrualia scuta decem scutaque sex ex *Rot. decis.* 43. *n.* 9. *& decis.* 57. *n.* 14. *ad n.* 21. *post Zacch. de Salar.* Agensque cum sollicitatura simul obtinuit vigore Epistolæ annua scuta centumquinquaginta, exemplo extante apud *Rot. decis.* 67. *n.* 1. *ad n.* 34. *post Zacch. de Salar.*, annuasque libras biscentum, menstrualiaque scuta, modo vigintiquinquè, modo quinquaginta, modo sexaginta, modoque duodecim, cum juliis sexdecim diurnis pro victu, scutisque biscentum quadraginta pro itinere ex *Rot. decis.* 59. *n.* 1. *ad n.* 7. *decis.* 87. *n.* 1. *ad n.* 19. *& decis.* 127. *n.* 1. *ad n.* 2. *post Zacch. de Salar.*

10. Tertio ad formam Consuetudinis Particularis, expresse reperitur Definitum Honorarium Romæ, apud Jus Commune Cæsaris in L. *Præses Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* ibi: *Et Fori Consuetudine*: ubi explicata a *Gloss. Marginal. Sign.* ✠ ibi: *Stylus & Consuetudo pro lege haberi debent & observari*: allegante ample *Guidopap. in Decisionib. Gration opolitan. Præfat. n.* 2. *ad n.* 3. ibi: *Duxi in Scriptis rediegendum prout infra per modum quæstionum Ritum Decisionum Rotæ Curiæ Romanæ insequendo &c. De Stylo & Consuetudine &c. Cum Stylus & Consuetudo Curiarum pro* Lege *haberi debeant, ut est bonus Textus in* L. *&c. Et valet Consuetudo in his, quæ circa judicia sunt* Cod. *&c. Illud quod fit secundum Consuetudinem, dicitur fieri secundum jus in Cap. &c. Quia consuetudo est de jure Civili in* §. *&c. Itaquod si feratur sententia expresse contra Stylum Curiæ, ipsa est nulla, ac si contra* Legem *foret lata, cum vices* Legis *obrineat juxta notata per Cyn. &c.*: atque cum cæteris congestis apud *Angel. de Clavas. in Summ. Verb. Advocatus n.* 9. *& n.* 15. *tom.* 1., *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 5., *Menoch. de arbitrar. judic. lib.* 2. *cent.* 6. *cas.* 514. *n.* 5., *& Zacch. de Salar. quæst.* 9. *n.* 22.

11. Quæ Consuetudo Particularis compræhensa inter species juris ex *Instit. De Iur. Natural. Gent. & Civil.* §. *constat autem* 3., cum inexcepibiliter conspiciatur introducta a Legislatore ex sua potestate condendi Jus removendique genus ejusque speciem per *Angel. de Clavas. in Summ. Verb. Consuetudo n.* 1. *tom.* 1., debet dici legitime instructa a Litigatoribus cum Pragmaticis consentientibus ita regulandi Honorarium juxta attestationem Defensorum sex in Causa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764, *Pro Defensore M. A. P. contra Comitem T.* L. *per acta Bottelli Notarii Gubernii* ibi: *Attestiamo per aver pratticato e veduto respettivamente pratticare ne' respettivi surriferiti casi*: per Auditorium Sacrum *Rot. decis.*

cif. 10. *n.* 15. *par.* 6. *recent.* ibi: *Et cum in hac materia attendatur ſolitum, Domini Magni fecerunt Fidem Oratoris &c.*: Debetque dici laudabiliſſime indita a Judicibus cum lapſu temporis a principio & ex poſtfacto tacite per populum approbata juxta *Ubert. de Mod. & ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 1. *ad n.* 78. ſignanter accedentibus duabus Rebus judicatis ſupracitatis in Cauſa *Tridentina Expenſarum die* 17. *ad diem* 22. *Decembris* 1762. *Pro Promotore Fiſcali Eccleſiaſtico contra* Sacerdotem *I. P. A. per acta Monti Notarii AC.*, & *Setina expenſarum die* 11. *Septembris* 1764. *Pro Promotore Fiſcali Eccleſiaſtico contra Appellantes A. M. & A. M. per acta Cecconii Notarii Vicarii.* per argumentum ſupradicti *Angel. de Clavaſ. in Summ. Verb. Conſuetudo n.* 7. *tom.* 1.

12. Talibus in circumſtantiis Qualitatis Honorarii reſtrictæ ad Conſuetudinem Particularem juxta præceptum præciſum promulgatum in Conſtitutione Principis ſcilicet in ſæpedicta L. *Præſes Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* ibi: *Et Fori Conſuetudine*: Debet dici libere plus operare Conſuetudinem ſub ſpecie extantem quam Conſtitutionem ſub genere expoſitam ex *Menoch. de præſumptionib. lib.* 6. *præſumpt.* 38. *n.* 17. *ad n.* 18., & *Rot. deciſ.* 577. *n.* 18. *tom.* 2. *par.* 5, *recent.* Quia in caſu hoc Conſtitutio Principis legitur ſtabilita nullius valoris, ſine approbatione ſibi facta per Conſuetudinem Particularem, ex Doctrina punctualiſſima *Zacch. de Salar. quæſt.* 9. *n.* 25. ibi: *Plus operatur, quoniam Diſpoſitio Principis nihil valet, niſi fuerit a Conſuetudine approbata Felyn. &c.*: cum prohibitione proinde injuncta Defenſoribus de extorquendo ne obulum quidem a Clientibus ultra ſummam a Conſuetudine Particulari Taxatam ex *Conſtit. Univerſi agri* 71. §. 18. *n.* 6. *P. P. Pauli V.* ibi: *Stipendia modeſte nec ultra meritum aut ultra Taxas capiant*: uniſone ad concluſionem per *Zacch. de Salar. quæſt.* 9. *n.* 24. ibi: *Ultra ſummam a Conſuetudine Taxatam nemini licebit aliquid ultra extorquere; Alias tenebitur ad reſtitutionem; non ſecus ac ſi recepiſſet ultra ſummam a* Lege *ſeu Principe Taxatam &c.*

13. Quarto ad formam Arbitrii Judicis expreſſe reperitur definitum Honorarium Romæ apud Jus Commune Cæſaris in L. *Præſes Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* nuncupatum Honorarium debitum extra ordinem juxta *Gloſſ. in* L. *Salarium* 7. *verb. Si extra ordinem ff. mandat. vel contr.*, *Rot. deciſ.* 65. *n.* 1. *poſt Zacch. de Salar.*, *deciſ.* 291. *n.* 1. *par.* 1. & *deciſ.* 329. *n.* 1. *par.* 3. *recent.* Cum nemo poſſit ſibi Taxam arbitrio ſuo ſtabilire utpote propriam Judicis prævia cognitione (in Caſu mox declarando quidem Deficientis Conſtitutionis Principis Conventioniſque Partium Conſuetudiniſque Particularis) ex L. *arbitrio* 18. *ff. de dol. mal.*, & L. *qui reſtituere* 68. *ff. de rei vindicat.*, & *Zacch. de Salar. quæſt.* 9. *n.* 39. & *n.* 42. ibi: *Et ſalarium a Iudice Taxatum dicetur competens, & juxta illam Taxam erit ſolvendum Riminald. &c. Nec aliquid ultra poterit extorqueri, alias extorquens tenebitur ad reſtitutionem, quia acciperet ultra id quod ſibi deberetur Molin. &c. Et hoc habet locum, etiamſi Salarium a Iudice Taxatum non eſſet ſufficiens; Quia tali*

casu poterit recursus haberi ad ipsum Iudicem , qui Salarium augebit .

14. Quoad Arbitrium istud autem si non potest apponere Manus Judex augendo diminuendoque Honorarium sibi probatum de Consuetudine Particulari Taxatum non secus ac Constitutione Principis regulante Arbitrium illius , utpote utraque continente Jus semper in decidendis Causis Litibusque observandum ab ipso Judice, proinde inhibito detrahendi uni dandique alteri quid minimum etiam ex *Paleol. de Iudic. Offic. n.* 268. *ad n.* 285. *& n.* 823. *tom.* 1. , *& Velasc. de Iudic. perfect. Rubric.* 11. *Annot.* 1. *n.* 24. *Rubric.* 12 *Annot.* 1. *n.* 14. *ad n.* 15. *& Rubric.* 14. *Annot.* 8. *n.* 16. , Debet ergo Judex cum Arbitrio suo in casu Deficientis Constitutionis Principis Conventionisque Partium Consuetudinisque Particularis facere Taxam perquam possibiliter conformem circumstantiis mox adnectendis de Jure, servata forma tradita a *Paleol. de Iudic. Offic. in Prælud. n.* 13. *ad n.* 15. *tom.* 2. firmatis præcise pro Arbitrio Judicis in terminis his a *Zacch. de Salar. quæst.* 9. *n.* 39. *& n.* 43. *ad n.* 44. ibi : *Quando vero neque a Lege seu a Principe nec per Partium Conventionem neque ab Usu seu Consuetudine certa Summa Salarii constituta & determinata reperitur ; Tali casu Taxatur a Iudice Arbitrio suo Bart. &c. Advertere tamen Iudices debebunt in Taxando Salario , quod constituant summam Iustam ; Nam licet ipsorum arbitrio relictum sit plus vel minus Taxare , tamea reminiscantur arbitrium Iudicis regulari debere a Iure , Cæsar. &c. Et ideo in Salarii Taxatione ad hoc , ut secum dispositioni Iuris conformen t , multarum rerum rationem habere debebunt. &c.*

15. Una Circumstantia Arbitrii Judicis est , quod respectu Personæ debitum Honorarium majus taxari debet pro Defensore satis Docto quam pro Defensore aliquantisper Ignaro juxta supracitatam L. *Præses Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. §. *Advocatos* 11. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* , *Zacch. de Salar. quæst.* 52. *n.* 33. *ad n.* 36. *& n.* 139. *ad n.* 142. , *& Rot. decis.* 221. *n.* 1. *par.* 2. *& decis.* 310. *n.* 2. *par.* 3. *recent.* Quia æquitati consentaneum non est dandi Honorarium tantum Docto quantum Ignaro ex *Bald. Cons.* 155. *n.* 14. *lib.* 5. , *& Zacch. de Salar. quæst.* 9. *n.* 44. *ad n.* 45. juxta Consuetudinem Particularem etiam Romæ certificatam ex attestatione sex Defensorum in Causa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defensore M.* A. P. *contra Comitem T.* L. *per acta Bottelli Notarii Gubernii* ibi : *Avendosi quanto a ciò insieme riflesso alla qualità del Difensore , che padrocina la Causa per il maggiore o minore Onorario .*

16. Altera circumstantia Arbitrii Judicis est , quod respectu Laboris debitum Honorarium majus Taxari debet pro Defensore nimis operante quam pro Defensore minus operante juxta antedictam *L. Præses Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. *&* §. *Advocatos* 11. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* , *& Rot. decis.* 238. *n.* 4. *decis.* 291. *n.* 2. *decis.* 354. *n.* 4. *par.* 1. *& decis.* 310. *n.* 3. *par.* 3. *recent.* Quia Arbitrium Judicis videns probatos in specie labores Defensorum operantium, debet Taxare correspectivum Honorarium ex *Soccin. Sen. Cons.* 8. *n.* 8. *lib.* 1. , *& Zacch. de Salar. quæst.* 9. *n.* 46. *ad n.* 47. *& quæst.* 52. *num.* 106. *ad n.* 108. juxta Consuetudi-

tudinem Particularem etiam Romæ certificatam ex atteſtatione Sex Defenſorum in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M.* A. P. *contra Comitem T.* L. *per acta Bottelli Notarii Gubernii* ibi: *Alle volte anche di più ſecondo la maggiore o minor fatiga.*

17. Alia circumſtantia Arbitrii Judicis eſt, quod reſpectu Temporis debitum Honorarium minus Taxari debet in Anno aliquo Caritatis quam in Anno aliquo Abundantiæ juxta *Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib.* 2. *Cent.* 6. *Caſ.* 514. *n.* 11., *& Zacch. de Salar. quæſt.* 9. *n.* 48., Niſi preciſe poſſet dici Debitum Honorarium Majus Taxari debere in Negocio uno requirente totum Hominem abſque permiſſione incumbendi ad Negocia alia ſua ex *Zacch. de Salar. quæſt.* 9. *n.* 49. *& quæſt.* 52. *n.* 106. *ad n.* 108. *& n.* 130., *& Rot. deciſ.* 108. *n.*6. *coram Merlino*. Quia iſta circumſtantia etiam ſtat diſpoſita in præcitata L. *Præſes Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* juxta Conſuetudinem Particularem etiam Romæ certificatam ex atteſtatione Sex Defenſorum in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M.* A. P. *contra Comitem T.* L. *per acta Bottelli Notarii Gubernii* ibi: *Avendoſi quanto a ciò come ſopra rifleſſo alla qualità della Cauſa &c. Non ſenza perdimento di tempo alle volte anche ben lungo &c.*

18. Ultima circumſtantia Arbitrii Judicis eſt, quod reſpectu Loci debitum Honorarium majus Taxari debet in Regione abundante nummis quam in Regione carente nummis ex *Molin. de Iuſtit. & Iur. tract.* 2. *diſput.* 348. *n.* 3., *& Zacch. de Salar. quæſt.* 9. *n.* 51. ibi: *Qualitas Loci, in quo operæ fuerunt præſtitæ, poteſt movere Iudicem ad Taxandum Salarium in majori vel minori Summa; Ita ut ſi in loco præſtiti Servitii adſit magna pecuniarum quantitas, majorem mercedem Iudex debeat Conſtituere; Quam præſtari mandaret, ſi ageretur de operibus præſtitis in Loco, in quo Caritas pecuniæ vigeret, minori enim mercede locantur operæ in ea Provincia, quæ minorem copiam pecuniæ habet Molin. &c.*: Quia ratio Caritatis reſpective abundantiæque nummorum conſiderata de Loco fundatur ſignanter in ratione illa Cauſæ Litiſve Defenſæ pro Domus nimis Divitis Domino, obligato ad dandum Honorarium Majus quam Domus nihil Divitis Domino, ex prædicta L. *Præſes Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, *& Zacch. de Salar. quæſt.* 52. *n.* 104. *ad n.* 117. juxta Conſuetudinem Particularem etiam Romæ certificatam ex atteſtatione Sex Defenſorum in Cauſa *Romana Honorarii die* 4, *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M.* A. P. *contra Comitem T.* L. *per acta Bottelli Notarii Gubernii* ibi: *Avendoſi quanto a ciò come ſopra rifleſſo alla qualità del Cliente, che ſi difende*: Nuncquc Quantum Honorarium debendum Defenſorum Honori Qualificat Norma, penes Epiſtolam ad Mecenatem adaptandam Eunomicis per *Ubert. de Congreſſib. legalib. Congreſſ.* 7. §. 28. *verſic. virtus cæteris*.

Vates Horatius Venuſinus

Vilius argentum eſt auro, Virtutibus aurum.

§. IV.

Quantum Debeatur Honorarium Pro Defensione Causarum Criminalium Analogice Cum Litibus Civilibus?

1. CUM præservata jam Distinctione Paragraphi Quinti sub numero Sexagesimo, Ad Quantitatem Honorarii inhibendam adversus pretium illimitatum satis in præcedentibus Paragraphis primo secundo tertioque confutatum, quoad Textum in L. *si pater* 34. §. *Si quis* 1. *ff. de Donationib.*, additur in præsenti Paragrapho quarto Quantitas Honorarii inspicienda attentissime Pro Defensione Causarum Criminalium analogice cum Litibus Civilibus cum prætio limitato vigore Textus in L. *Præses Provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* ibi: *Licita autem Quantitas intelligitur pro singulis Causis usque ad Centum aureos*: Quia præcisis Circumstantiis pauloante enucleatis augendi quantitatem istiusmodi ex eadem L. *Præses Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. & §. *Advocatos* 11. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, requiritur summa attentio in Quantitate idgenus etsi limitati pretii, utpote Enigmatica semperque Virosa, adinstar Animalis, mane Quadrupedis, meridie Bipedis, vespereque Fripedis, figurati per Sphingem, idest, Hominis Infantis, Hominis juvenis, Hominisque Senis, explicati per Œdipum, cum sua suorum cæterorumque gentium perpetua securitate notata opportune per *Ubert. de Congressib. Legulib. Congress.* 9. §. 4. *versic. ad propositum hoc*. Namque Virus Enigmatis prædicti consistit non etiam in discrimine inter Advocatum & Procuratorem a jam nullo vindicato respectu Quantitatis istius, per vulgatissimam *Gloss. in* L. *Salarium* 7. *verb. Si extra ordinem ff. mandat. vel contr.*, *Raynald. in Observat. Crim. Can. Civil. & Mixt.* Cap. 19. §. 2. *ad* 3. *n.* 35. *tom.* 2., & *Ubert. de mod. & ration. Citand. in Appendic. de Instruction. Agent. Rom. Cur. n.* 1. *ad n.* 78., sed equidem in Definitione inter Aureos & Causas ex notis variis respectu Quantitatis ipsius repertis de L. *Præses Provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* ibi: *Pro Singulis Causis usque ad Centum Aureos.*

2. Ego autem pro Definitione Significationis aureorum authumo, quod Centum Aurei, præcisis opinionibus Alciati Budei Plinii Aliorumque relatis respective a *Gloss. Marginal. in* L. *Præses Provimciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *verb. aureos Litt. E. ff. de var. & extraordinar. cognit.*, & *Tiraquell. de Nobilit.* Cap. 29. *n.* 29. cum Alciato Accursio Mysingerio Aliisque approbatis a *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 3. Cap. 92. *n.* 46. ibi: *Mysingerius computat vetus Honorarium aureorum centum pro Advocatis in biscentum coronatis ideſt aareis nostrorum temporum*:, cumque sententia punctualissima quoque *Constantin. ad Statut. Urb. Annot.* 63. *artic.* 1. *n.* 22. *tom.* 2. ibi: *Aurei centum antiqui faciunt aureos biscentumquinquaginta nostrorum temporum*:, ad differentiam scuti aurei pro Expeditoribus Taxati in juliis sexdecim obulisque quinque a P. P. Clemente XI. vigore Resolutionis Congrega-

regationis Particularis relatæ ab *Vrſay. in Miſcellan. Sacr. Profan. Canon. & Civil. litt. S. Syllab. Scut. Verb. Scuti Aurei n.*106. *par.*1. , Poſſint tute dici eſſe Scuta Centum ex concluſione non tacite ſed expreſſe formata ſecundum Bartolum a *Rot. deciſ.*45. *n.*6. *ad n.*7. *poſt Zacch. de Salar. deciſ.*302. *n.*3. *poſt Conſil. Crim. Farinac.* , *& deciſ.*310. *n.*4. *par.*3. *recent.* ibi : *Salarium eſſet conſtituendum in ratione uſque ad Scuta Centum* ; *Ad quam Summam poſſe liquidari animadvertit Bartolus in allegatu L.* 1. §. *Si cui cautum ff. de var. & extraordinar. cognit. &c.*: Quia Auditorium Sacrum cum Deciſionibus ſuis facit communem opinionem a Judicibus aliis obſervandam ex ratione *Vant. de Nullitatib. in Rubric. De Defect. Juriſdiction. Ordinar. n.* 42. *& Rubric. de Defect. Juriſdiction. Delegat. n.*17. *ad n.*20. ibi : *De Reverendis autem Dominis meis Sacri Palatii Apoſtolici Cauſarum Auditoribus, nihil diximus* ; *Cum ipſimet ac eorum poteſtas ſatis ſuperque illuſtris & nota ſit, ac eorum Deciſiones tamquam ex uberrimo fonte juris utriuſque & præſertim Canonici emanatæ ubique gentium tamquam Stellæ in Firmamento Clareſcunt, ſintque præcipuum Juſtitiæ jubar ac totius Romanæ Curiæ Splendor & Gloria &c. Et ob morum gravitatem ac præcellentem Doctrinam in quolibet genere virtutum illuſtrium Doctorum ac præeminentem illorum Dignitatem Concluſiones & Obſervantiæ ipſorum quaſi Magiſtrales & communem opinionem facientes ab aliis Judicibus regulariter pro tempore obſervandæ , & amplectendæ ſunt , ſecundum Joann. de Imol. &c.*

3. Pro Definitione ſignificationis Cauſarum ego inſuper authumo, quod Singulæ Cauſæ præciſis objurgationibus Angeli Cabani Cuneique cunctanter Bartolum reprehendentium ſecundum *Guidopap. deciſ.*190. *n.*4. *ad n.*5., poſſint tutiſſime dici Capitula Singula ex obſervantia Romæ teſtificata contra proprium ſenſum per *Bart. in L. Præſes Provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *n.*1. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* ibi : *Advocati Romanæ Curiæ hoc interpretantur ſic* ; *In Singulis Cauſis ideſt Capitulis* ; *Et ſic obſervant de facto* ; *Sed hoc eſt contra mentem hujus Legis , quæ videtur velle , quod particulares ſolutiones computentur in iſtam ſummam* ; Præterea *contra eos facit C. de Jurejur. L. generaliter* §. *Sed juramento* , ibi , *Cauſa vel Capitulum* : relatum ſignanter ſub acriori ſermone per *Tiraquell. de Nobilit. Cap.*29. *n.*29. approbatumque mutilate in parte favorabili per *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.*3. *Cap.*92. *n.*47. *ad n.*48. Quia præciſis regulis de Conſuetudine præferenda quoad Honorarium intrinſece firmatis in numero decimo ad numerum duodecimum præcedentis Paragraphi Quarti extrinſeceque memoratis ſuper Teſtimonio Bartoli per *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.*3. *Cap.*92. *n.*48. *& n.*51. ibi : *Conſuetudo tamen noſtri temporis ſervanda eſt* ; *Quæ ita legem illam de variis & extraordinariis cognitionibus interpretata eſt &c., ut intelligatur in Singulis Cauſis ideſt Capitulis &c. Quia generaliter decretum eſt, quod Conſuetudo legem abrogat L. &c.*, Materia & Origo Negocii cum probationibus argumentiſque concinnata, de tempore propoſitionis propriè dicitur Cauſa pariterque Petitio ex *Cap. forus eſt* 10. *de verbor. Signific.* ibi : *Dum proponitur, Cauſa eſt*:, deque tempore Diſcuſſionis pariter dicitur Cauſa proprieque Judicium ex *Cap. forus*

eſt 10. *de verbor. ſignific.* ibi: *Dum diſcutitur, Judicium*:, deque tempore Definitionis pariter dicitur Cauſa proprieque Juſtitia ex *Cap. forus eſt* 10. *de verbor. ſignific.* ibi: *Dum finitur, Juſtitia*:, ubi totam explicationem talem voluit *Gloſſ. in verb. Cauſa a Caſu inque Verb. Dum diſcutitur Judicium inque Verb. Dum finitur Juſtitia* ibi: *Et idem eſſe videntur iſta tria in ſubſtantia, ſed aliam denominationem aſſumunt, diverſo tempore*; Differtque prorſus a Lite utpote preſſius nuncupata Actione in rem inque perſonam ex *L. litis* 36. *ff. de verbor. ſignificat.*, & *Ridolph. in prax. par.*3. *cap.*1. *n.*1. *ad n.*4., repulſo Bartolo quoad cunctas iſtiuſmodi concluſiones quaſcumque uti Convicto de variatione & Contrarietate cum Aſſeclis Adverſariis Gloſſiſque, non ſolum per Barboſam ibi, ſed etiam per Addentes in *Abb. Cap. forus eſt* 10. *Litt. A. verb. Cauſa de Verbor. Signific.*, & *Rot. deciſ.* 65. *n.*1. *poſt Zacch. de Salar.*, *deciſ.*291. *n.*1. *par.*1., & *deciſ.*329. *n.*1. *par.*3. *recent.*

4. Conſequenter ſub præmiſſo hoc principio ſane concluditur, quod tutiſſime poſſint Singulæ Cauſæ dici Capitula Singula ad effectum obtinendi Honorarium Stabilitum ut ſupra pro unoquoque Capitulo nuncupato Cauſa penes Textum quadratæ *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* ibi: *Pro Singulis Cauſis uſque ad Centum Aureos*: Quia ad effectum prædictum, Si etiam per falſam hypotheſim admittenda non concedenda ſit diverſa Significatio Capituli a dicta Significatione Cauſæ ex altero Textu per Bartolum aſſerto Contrario Defenſoribus Romanæ Curiæ in *L. generaliter* 12. §. *Sed juramento* 1. C. *de reb. credit & jurejurand.* ibi: *Si hoc recuſaverit, quaſi illato juramento præſtito, Cauſa vel Capitulum decidatur*: cum ejuſdem Textus explicatione facta a *Gloſſ. verb. Cauſa* ibi: *Cauſa, quando ſuper tota Cauſa defertur, Sed Capitulum, quando ſuper certo Capitulo defertur*: Cum appareat permiſſa non prohibita ex Textu iſto tamen unicuique Litigatori unaquæque ſingula Cauſa ſeu Materia Origo Negocii cum probationibus argumentiſque concinnata diviſura diſcuſſuraque in Singula Capitula mediante labore Defenſorum Judicumque reſpective in Petitione Diſcuſſione Definitioneque earumdem uniſone ad Textus alios allegatos ex Doctrina ejuſdem *Bart. in* L. *de unoquoque negocio* 47. *n.*1. *ff. de re judic.* magiſtraliſſime per *Foller. in prax. Crim. verb. Fiat conteſtatio* Litis *ſuper eis n.*15. *ad n.*23. regulariterque per *Ridolph. in prax. par.*3. *cap.*2. *n.*49. *ad n.*63, firmiſſimeque per *Rot. deciſ.*427. *n.*1. *ad n.*4. *par.*2. & *deciſ.*313. *n.*1. *ad n.*3. *par.*3. *deciſ.*485. *n.*6. *tom.* 2. *par.*5. & *deciſ.* 615. *n.*8. *tom.*2. *par.*18. *recent.*, Quoque apparet permiſſum non prohibitum ex Textu ipſo quidèm diviſurum daturumque Honorarium ſtabilitum ut ſupra pro labore Defenſorum non ſecus ac Propina ſtatuta utcumque pro labore Judicum æque laborantium in Cauſis ac in Capitulis, non ſolum propter rationes videndas in numero ſecundo ſubſequentis Paragraphi Quinti, ſed etiam propter Præceptum Dei propoſitum de non alligando ore bobus triturantibus, punctualiter caſui aptatum a *Scacc. de Sent. & Re judicat. Gloſſ.* 7. *quæſt.*4. *Spec.*3. *n.*28. *ad n.*34., excepto themate Reformationis non quoad

Defen-

Defenſores ſed quoad Judices dumtaxat limitantes concluſionem limpidam certamque hanc in *Conſtit. cum ad aures* 3. *die* 28. *Septembris* 1714. P.P. *Clementis XI.*

5. Ratio triplex (plana potens profundaque) videtur poſſe addi ad majorem Confirmationem Confutationis præmiſſæ Concluſionis, pariter conſideratis verbis tribus ſequentibus antedictæ L. *generaliter* 12. §. *ſed juramento* 1. C. *de reb. cred. & jurejurand.* ibi: *Cauſa vel Capitulum*: oppoſitis per Bartolum contra Defenſores Romanæ Curiæ interpretantes ſingula Capitula contineri ſub ſingulis Cauſis ex L. *Præſes Provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* ibi: *Pro ſingulis Cauſis uſque ad centum aureos*: Una ratio eſt plana, ſcilicet, quod ſi centum ſcuta, non fuerint aptata ſingulis Litibus ſcilicet Actionibus in rem & in perſonam nominatis prius a præcitata L. *Præſes Provinciæ* 1. §. *in honorariis* 10. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, ſed fuerunt aptata ſingulis Cauſis ſcilicet Petitionibus Diſcuſſionibuſque Negocii nominatis præcipue a præfata L. *Præſes Provinciæ* 1. §. *ſi cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, Debentur eadem centum ſcuta pro Honorario dumtaxat ſingularum Cauſarum ſpecialiter dinumeratarum ex *Gloſſ. Margin. in* L. *ſpadonem* 15. §. *qui jurâ multa* 11. *verb. ſingula quæ non proſunt ff. de excuſationib.*, & *Bertacchin. in Repertor. Jur. Litt. S. ſyllab. ſing. verb. ſingulus par.* 5. Altera ratio eſt potens, ſcilicet, quod ſi Capitulum quaſi ſpecies poſitum poſt Cauſam quaſi genus cum dictione intermedia declarativa, non dicatur importare Cauſam totam citra Capitulum ſeparatum ex prædicta L. *generaliter* 12. §. *ſed juramento* 1. C. *de reb. credit. & jurejurand.*, ſed dicatur importare Capitulum ſeparatum citra Cauſam totam ex *Rot. deciſ.* 300. *n.* 26. *par.* 1. *recent.*, firmantur centum Scuta ſtabilita, attribuenda eſſe cuilibet in ſolidum etiam DiviſioneDisjunctioneque facta Capituli tamquam partis a Canſa tamquam toto ex *Barboſ. de Dictionib. Uſufræquentiorib. Dict.* 372, *num.* 1. *ad n.* 2. Aliaque ratio eſt profunda, ſcilieet, quod ſi ſingulæ Cauſæ non fuerint conjunctim adſtrictæ Capitulis Petitionis Diſcuſſionis Definitioniſque Negocii ex regula L. *conjunctim* 78. *ff. de* Legat. 1., ſed fuerint disjunctim adnotatæ Capitulis Petitionis Diſcuſſionis Definitioniſque Negocii ex regula L. *ſi duobus* 2. §. *cum ſingulis* 2. *ff. quib. mod. Uſufruct. vel Uſus amittat.*, Dantur eadem Scuta centum pro Honorario ſingulorum Capitulorum ſolidaliter deſtinatorum inter ſingulas Cauſas ex ratione *Polit. in* L. *re conjuncti* 89. *n.* 32. *ff. de* Legat. & *Fideicomm.* 3., *Bellon. de Jur. accreſcend. cap.* 5. *quæſt.* 32. *n.* 10. & *n.* 30. *ad n.* 32. & *quæſt.* 39. *n.* 17. *tom.* 1., *Pacion. de* Locat. & Conduct. *cap.* 23. *n.* 11. *ad n.* 84., & *Rot. deciſ.* 1621. *n.* 6. *coram* Penia.

6. Atque ſic, cum ex præmiſſis juribus abſque dubio ſignificatio Cauſarum tutiſſime importet ſignificationem Capitulorum, præciſe ad effectum obtinendi Honorarium ſtabilitum ut ſupra pro Defenſore Creditore contra Clientem Debitorem accedente præſertim regula *Gloſſ. in Cap. in præſentia* 8. *verb. verbum dubium De probationib.* ibi: *Verbum dubium*

dubium in judicio interpretandum eſt contra Reum: , additaque pariter regula *Scacc. de Sent- & Re Judic. Gloſſ.1. quæſt.3. n.* 10. ibi *Profeſſores ſcientiarum non Curant de verbis , quando eis conſtat de effectu verbornm*: Quatenus inſuper Capitulum utpote Nomen generale admittatur ſignificare etiam Membrum litis Articulum hypotheſis Initiumque Sententiæ ex Cicerone de Legibus cum *Gloſſ.in L.etiam* 29. *la prima* §.*ex Cauſa* 1.*verb.audiendus ff. de Minorib. vigintiquinq. ann.* , *Bald. in L. generaliter* 12. §. *ſed juramento* 1. *n.*5. *ad n.*6. C. *de reb. credit. & jurejurand.*, *Abb. in cap. fraternitatis* 17. *n.*7. *ad n.*8. & Cap. *per tua* 48. *n.*3. *de Teſtib. & atteſtationib.*, *Michalor. de Poſitionib. cap.*4. *n.*4. *ad n.*5. , & *Scacc. de appellat. quæſt.*10. *n.*7. *& quæſt.*17. *Limit.*21. *n.*20. , Videtur ex prædictis regulis ſignificatio uniuſcujuſque Capituli nuncupati prius Cauſæ , importare Significationem uniuſcujuſque Dubii nuncupati pariter Cauſæ apud Auditorium Sacrum , importareque ſignificationem uniuſcujuſque Articuli nuncupati propemodum Cauſæ apud alios Judices ex *Ridolph.in prax.par.*3.*cap.*5. *n.*108. *ad n.*112. *& n.*128. *ad* 129. ibi : *Quotieſcunque Dominus Auditor volet proponere* Cauſam Seu Dubium *Parti ut ſupra traſmiſſum & intimatuma,facienda eſt eidem Parti alia Intimatio videlicet &c: Verum ſi Cauſa non ſit Commiſſa Auditori Rotæ ſed Alteri Romanæ Curiæ Prælato per acta Archivii Romanæ Curiæ vel Alicui Judici Ordinario ejuſdem Romanæ Curiæ ; Tunc actitato proceſſu & exhibitis juribus ac examinatis Teſtibus ut ſupra , Sive ſit coram eo diſputandum , An ſententia ſit confirmanda vel infirmanda , Sive , An una vel altera Pars debeat ſuper* Aliquo Articulo *obtinere*: *Sufficit dare illi Informationes Facti & Juris ac Summaria jurium & Teſtium una cum proceſſibus extractibus ac regiſtris in Cauſa fabricatis ; Eumdemque in voce juxta facti contingentiam informare citata parte extrajudicialiter , ut infra videlicet &c.*

7. QUOAD LITES CIVILES ergo , quotieſcumque Capitula poſſint dici illa Dubia ſolita concordari apud Auditorium Sacrum non ſecus ac illi Articuli ſoliti conſtabiliri apud Alios Judices mediante labore Defenſorum ex *Scacc. de appell. quæſt.*16. *limit.*1. *n.*141. , *Ubert. de mod. & ration. citand. par.*2. *de citationib. probator. Formul.* 19. *n.*2. *& in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. num.*3. *ad num.* 37. , *Poſt. de Manutenend. inſpect.*102. *n.*12. , *Maſſer. de Legat. & Nunt. lib.*1. *cap.*28. §.1. *n.*20. , & *Card. de Luc. de Judic. diſc.*17. *n.*2. *& diſc.*38. *n.*5. *& in Relat. Rom. Cur. diſc.*32. *n.*36. *ad n.*38. *& n.*101. *& diſc.*33. *n.*18. apudque Extera Tribunalia ſub diverſa nomenclatura videnda apud *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.*1. *cap.*21. *n.*1. *ad n.*5. , *Foller. in prax. Crim. verb. Fiat Conteſtatio Litis ſuper eis n.*13. *ad n.*23. , *Muſcatell. in prax. Civil. Gloſſ. Declarans n.*4. , & *Gallupp. in prax.par.*2. *Cap.*1. *n.*6. *& n.*21. *ad n.*22. , Videretur (ſalvo minutiori calculo a numero decimoquarto Paragraphi præſentis uſque ad totum Paragraphum quintum ſubſequentem) Quantitas Honorarii Defenſori unicuique reſpectu laboris iſtius quoad unumquodque Dubium ſeu unumquemque Articulum juxta Concluſionem ſuperius firmatam ex *Gloſſ.in L. Salarium* 7.*verb. ſi extra ordinem ff.mandat.*

vel

vel contr. conſideratis ſemper tamen circumſtantiis ſuperius enucleatis in fine præantecedentis Paragraphi Tertii ad interpretationem *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *in honorariis* 10. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, Nimirum eſſe uſque ad Summam Scutorum Centum puta, a Cliente minus Divite, exempligratia, Monaſterio Religioſorum ex ſententia non tacite ſed expreſſe firmata a *Rot. deciſ.* 45. *n.*6. *ad n.*7. *poſt Zacch. de Salar. deciſ.* 302. *n.*3. *poſt Conſil. Crim. Farinac.*, *& deciſ.*310. *n.*4. *par.*3. *recent.*, Atque eſſe uſque ad Summam Scutorum Centumquinquaginta puta, a Cliente nimis Divite, exempligratia, Magnate Regni ex Sententia non verbo ſed facto firmata a *Rot. deciſ.*65. *n.*1. *ad n.*12. *poſt Zacch. de Salar.*, *deciſ.*291. *n.*1. *ad n.*4. *par.*1. *& deciſ.*329. *n.*1. *ad n.*4. *par.*3. *recent.* ibi: *In propoſito autem, cum Dominus Vivez laborem ſuum exhibuerit Defenſioni Unius dumtaxat Cauſæ, in qua Duo tantum Dubia dicuntur fuiſſe diſputata &c., Fuit Concluſum deberi Salarium in Scutis tercentum in totum &c.*

8. Cardinalis de Luca forte non arte effectus Defenſor Romæ proindeque Inimicus juratus Profeſſionis Curialis ſic ex ore ſuo Confeſſus apud *Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.*134. ibi: *Caſui mea Curialitas referenda ſit, præter intentionem aſſumendi hanc peſſimam occupationem, quam dedit Deus Filiis Hominum*: patentiſſimeque Inimicus juratus Proventuum Rotalium ſic ex probatione notoria inexcepibili Convictus apud *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.*1. *cap.*31. *n.*18. *ad n.*25., Non eſt credendus in ſuo tacito deſiderio reducendi ad nihilum ſeu ad atomum Honoraria Laborum Profeſſorum Quorumcumque Civilium dicens, quod omnia Dubia concordanda reſtringantur ſemper in unum Dubium qualiacumque atque quantacumque ex ideali ſua diſtinctione Styli moderni diverſi a Stylo antiquo, ſub prætextu ſatisfaciendi opinioni Exterorum forſan ſectatorum Bartoli ſuperius confutatæ apud ſuam *Relat. Rom. Cur. diſc.*32. *n.*38. ibi: *Stylus omnino antiquatus eſt, quamvis Erronee adhuc habeatur in opinione aliquorum Exterorum loquentium ex antiquis traditionibus*: Quia in Urbe & in Orbe ex præallegatis, Obſervantia iſtiuſmodi ex neceſſitate juris ſtans uniſone ad diſtinctionem Dubiorum ſeu Capitulorum, habentium & non habentium Connexionem inter ſeſe, explicatorum ab eodem *Bart. in L. Aurelius* 29. §. *idem quæſiit* 29. *n.*3. *ff. de liberationib. legat.*, *Menoch. de Arbitrar. Judic. lib.*2. *Cent.*1. *caſ.*95. *n.*1. *ad n.*28., *Michalor. de Poſitionib. Cap.*59. *n.*8., *Urceol. de Tranſactionib. quæſt.*97. *n.*1. *ad n.*31., *& Scacc. de Judic. lib.*2. *cap.*11. *n.*362. *ad n.*381., Non reperitur deſtructa ob exemplum unicum vindicatum apud Auditorium Sacrum in Cauſa Immiſſionis ad Fideicommiſſum, olim exadverſo aſſertæ diſputatæ per quinque Dubia ſeu Capitula utpote neutiquam reputata habere Connexionem inter ſeſe, hodieque exadverſo aſſertæ diſputatæ per unicum Dubium ſeu Capitulum utpote utique reputatum habere connexionem inter ſeſe, apud ſupradictam *Relat. Rom. Cur. diſc.*32. *n.*38., exemplo extante Recentiſſimæ Cauſæ uſque ad decemtria ſeparata Dubia ſeu Capitula concordata Diſputatæ Deciſæque in *Barchionenſi Juriſdictionis die* 25. *Jun.*1764. *coram R.P.D. Herreros.*

9. Auditorium Sacrum enim nunquam mutavit in Urbe Stylum nunquam mutatum in Orbe ex præallegatis circa Dubia seu Capitula non Connexa & Connexa observatum juxta monitum *L. minime* 23. *ff. de Legib.*, *& Ansald. in Addit. ad decis.* 21. *n.* 3. *& decis.* 83. *n.* 37. Quoniam si concurrente necessitate juris, voluerit aliquando concordari novum Dubium ad noviter Scribendum a Defensoribus, ultra concordatum Dubium post jam Scriptum ab eisdem, exemplo extante in *Romana seu Maceraten. Thesaurariæ Marchiæ die* 19. *Februarii* 1717. *coram Crispo.* cum cæteris exemplis signanter in *Romana Primogenituræ de Corsinis Super Trebellianica die* 2. *Maij* 1718. *coram Cerro*, volueritque similiter dividere unum Dubium in plura Dubia, ex inspectionibus innumeris involutis, exemplo extante in *Romana Primogenituræ de Bubalo Super Palatio ad Cloacam die* 8. *Maji* 1705. *coram Ansaldo*, *& in Romana Redditionis Rationis die* 12. *Maji & die* 3. *Septembris* 1714. *coram Ansaldo*, *& in Romana Pecuniaria die* 13. *Decembris* 1723. *coram Cerro*; Nunquam tamen voluit, cessante necessitate juris, sic concordari novum Dubium ad noviter Scribendum a Defensoribus, ultra concordatum Dubium post jam Scriptum ab eisdem, exemplo extante in *Romana Redditionis Rationis die* 6. *Junii* 1728. *coram Lancetta*; Nunquamque etiam voluit dividere unum Dubium in plura Dubia ex illis inseparabilibus inspectis, exemplo extante in *Tarentina Transactionis die* 10. *Februarii* 1717. *coram Ansaldo.* cum cæteris exemplis signanter in *Camerinen. seu Spoletana Bonorum die* 29. *Julii* 1718. *coram Corio*, *& in Toletana Ornatus Cappellæ die* 4. *Maji* 1722. *coram Lancetta*.

10. QUOAD CAUSAS CRIMINALES etiam, quæ sunt æquiparandæ Litibus Civilibus arduis juxta Doctores relatos per *Scacc. de Judic. lib.* 2. *Cap.* 9. *n.* 635. *ad n.* 636. ibi: *Æquiparant Causam Civilem arduam Causæ Criminali*; *& ex opposito Causa Criminalis parva est æquiparanda Causæ Civili*:, Videretur (Salvo minutiori Calculo fiendo a numero decimoquarto Paragraphi præsentis usque ad totum subsequentem Paragraphum Quintum) Quantitas Honorarii Defensori unicuique respectu laboris istius quoad unumquodque Dubium seu unumquemque Articulum juxta Conclusionem superius firmatam ex *Gloss. in L. Salarium* 7. *Verb. Si extra ordinem ff. mandat. vel contr.* consideratis semper tamen circumstantiis superius enucleatis in fine præcedentis Paragraphi Tertii ad interpretationem *L. Præses Provinciæ* 1. §. *in honorariis* 10. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, Nimirum esse ultra Summam Scutorum Centum, puta, a Cliente minus Divite argumenti gratia regulaque sumpta ex *Paleol. de Judic. Offic. Corollar.* 3. *n.* 3391. *ad n.* 4911. *tom.* 1. *&* *Cons.* 30. §. 9. *n.* 29. *ad n.* 35. *tom.* 2., Veriusque esse usque ad Summam Scutorum Centum quinquaginta a Cliente quidem qualificato, puta, Episcopo Principe Comite Marchione Barone Nobili Diviteque cum exemplis id genus notatis apud *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 3. *Cap.* 92. *n.* 50., *Zacch. de Salar. quæst.* 52. *n.* 104. *ad n.* 108., *&* *Raynald. in Observat. Crim. Can. Civil. & Mixt. Cap.* 19. §. 2. *ad n.* 35. *tom.* 2. exemplo extante nuperrimo cum Re judicata favore Accusati de Honorario Scutorum centumquinquaginta exacto absolutique plenissime

ſime in Cauſa Romana *Declarationis Innocentiæ die Lunæ* 30. *Septembris ad diem Lunæ* 7. *Octobris* 1765. *Pro Defenſore* I.P. *contra Fiſcum per acta Jacobutii Notarii A.C.*

11. Guazzinus Senior nimis æſtimatus in officio prius Defenſoris poſteriuſque Latrunculatoris in Urbe Romæ ſuper puncto iſtiuſmodi ſecundum practicam apte ſic loquens apud ſuum *Tractat. ad Defenſ. Reor. in Præfat. n.* 15. *ad n.* 16. ibi: *Bene concurro, quod licet in Civilibus Cauſis poſſit præſtari Salarium uſque ad dena ſeſtertia, quæ Centum conſtituunt Aureos pro ſingulis Cauſis ex Vulpiano in* L.1.§. *Si cui cautum ff. de var. & extraordinar. cognit., Ut in Capitalibus Cauſis vel in his quæ hominis reſpiciunt infamiam liceat excedere hanc centum aureorum ſummam, ut explicant Guidopap. &c. Paris &c. Viv. &c. Menoch. &c.*:, Non eſt accipiendus in ſua ſuccincta ſententia, voluiſſe reducere ad unam ſummam Honoraria Profeſſorum Criminalium Civiliumque, quod ſcilicet Quantitas Honorarii debeatur non pro unoquoque Capitulo Criminali ſed pro tota Cauſa Criminali contra communem Sententiam ex Textu illo Bartoli firmatam a Baldo in ſuperius enucleata L. *generaliter* 12. §. *Sed juramento* 1. *n.* 5. *C. de reb. credit. & jurejurana.* Quia Cauſæ Criminales magis quam Lites Civiles abſque ratiocinio directe appetunt Propoſitionem Diſcuſſionemque Negocii per unumquodque Capitulum, tum de jure Communi ex *Cap. qualiter & quando* 24. *il ſecondo De accuſat.* ibi: *Exponenda ſunt ei illa Capitula*:, tum de jure Municipali ex *Statut. Urb. lib.*2. *Cap.* 12. ibi: *Capitula ad Offenſam & Defenſam*: cum Doctoribus omnibus ſignanter *Foller. in prax. Crim. Can. par.* 2. *Verb. aut inquiſitione formata Cap.* 6. *n.* 47. *ad n.* 48., *Cervellin. in prax. Crim. tract.* 6. *Cap.* 1. *n.* 14., & *Caball. in Reſolut. Crim. Cent.* 2. *Caſ.* 192. *n.* 6. ibi: *Conſulitque, quod fiat Capitulum, per quod appareat ordo Facti*: addita etiam atteſtatione *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *cap.* 41. *n.* 5. ibi: *A Locumtenente ad Criminalia, Dubia dari æquum eſt in Cauſis maxime agitatis, ſicut dantur a Locumtenente ad Civilia*:,Cum diſputentur Capitula Criminalia deſumpta ex Conteſtationis Litis membris, importantibus totum axem Cauſæ, in parte omiſſis haud Fiſco reſtaurari permiſſis, ne per viam quidem reſtitutionis in integrum, non obſtante etiam Rei renunciatione ex *Foller. in prax. crim. verb. Fiat Conteſtatio Litis ſuper eis n.* 1. *ad n.* 30.,& *Raynald. in obſervat. Crim. Can. Civil. & Mixt. ad Cap.* 7. *Supplet.* 11. *n.* 4. *ad n.* 61. *tom.* 4. juxta caſum ſub hac methodo diſcuſſum in tria Capitula conteſtata, ſeparatim diviſum, mediante Allegatione Facti Juriſque diſtributa Sacræ Conſultæ in Cauſa *Sabinen. Minarum Inſultuum Concuſſionumque die* 24. *Maii* 1754. *Pro Carceratis I.A. & D. & N. de A. contra Fiſcum ejuſque Adhærentem P.S. ad Relationem R. P. D. de Lerma ex abſentia R. P. D. Carafa Ponentis.* cum quotidianis cæteris caſibus contingentibus ſic etiam diſcuſſis diviſiſque ſignanter in Cauſa *Sabinen. Spontaneæ Conſtitutionis die* 15. *Decembris* 1760. *Pro Archipresbytero E.B. contra Promotorem Fiſcalem Eccleſiaſticum per Acta Monti Notarii AC.*

12. Auditor Cameræ enim videns ubique ſic cauſas criminales cognoſci per Capitula Offenſiva Defenſivaque pro fræquentioribus Delictis magiſtraliter juxta obſervantiam enumerata per prædictum *Foller. in prax. Crim. Tit. De forma Capitulorum in pluribus delictis par.* 6., approbavit obſervantiam expoſitam ab eodem Follerio, Teſte ſuo Locumtenente Generali Criminali præallegato *Guazzin. Sen. Defenſ.* 28. *Cap.* 1. *n.* 24. ibi: *Videat Follerium in practica criminali in verbo de Forma Capitulorum in pluribus delictis*: Quæ obſervantia hodie eſt inexcepibilis propter confirmationem ſuam obtentam in Contradictorio Judicii cum Re judicata apud Auditorem Papæ in Cauſa *Spoletana Admiſſionis Articulorum die* 30. *Maii* 1753. *per acta Paparozzij Notarii AC.* regiſtrata punctualiter ſub hoc motivo a *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.* 20. *n.* 27. *ad n.* 29. *tom.* 2. ibi: *In toto Orbe Follerius approbatur ab omnibus Criminaliſtis, prout ſignanter fuit approbatus a* Locumtenente *Tribunalis Auditoris Cameræ tunc Sebaſtiano Guazzino Seniore &c.*: Et quidem ſtante obſervantia hac, fuit Taxata Approbataque Quantitas Honorarii quoad Allegationem Defenſivam reſpectiveque Offenſivam pro unoquoque Capitulo Criminali non pro tota Cauſa Criminali in Cauſa *Romana Honorarii die* 31. *Martii ad diem* 2. *Junii* 1756. *Pro Defenſore M. A. P. contra Clientem I. B. per acta Martorelli Notarii AC.* cum compræhenſione Capitulorum Nullitatis conſideratorum magis nimiſque in Cauſis Criminalibus per *Raynald. in Obſervat. Crim. Can. Civil. & Mixt. Cap.* 32. §. 4. *ad* 5. *n.* 85. *ad n.* 89. *tom.* 3. quam non in Litibus Civilibus per *Card. de Luc. de Iudic. diſc.* 38. *n.* 5.

13. QUOAD LITES ET CAUSAS ejuſmodi, ſi contra obſervantiam Defenſorum Romanæ Curiæ hallucinatus ſit Primas Legiſtarum in explicatione practici puncti L. *Præſes Provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *n.* 1. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* adinſtar Primatis Canoniſtarum in explicatione practici puncti *Cap. ex ratione* 8. *de appellat.* uterque uſque ad ethera exaltatus a *Caccialup. de Mod. Studend. in utroque Iur. Docum.* 5. *verſic. duorum* ibi: *Duorum ſolidiſſima ingenia in eorum dictis rarius invenitur error, Tibi propono, ut illos eligas, tamquam Principatum tenentes inter Commentatores juris, ſcilicet, Ioannem Andream in jure Canonico & Bartolum in jure civili; illi ſunt Tibi colendi ultra cæteros, Ioannem Andream in jure Canonico cæteris præferendum eſſe ordine & emolumento, exclamat Cardinalis Florentinus in Proœmio Clementinarum, Dicit enim, quod Sapientiam Canonicam adeo locupletavit ſuis Commentis; ut a centum annis ſimul omnes Commentatores reliqui non æque commentaverint, & merito datur ei Principatus, ut ejus Commenta Textui ſint apoſita Sexti & Clementinarum &c.; Bartolum etiam in jure Civili fuiſſe Principem quis negabit? Hujus dictis ſemper fere ineſſe Clauſulam veritatis, reipſa patet, ut Pontanus exclamat Conſilio quatercenteſimo ſeptimo:*, Fuit reperus a Practicis contra Canoniſtam prædictum modus unus hodie Uſualis utiliſque obſervandi Canonem denotatus ab *Anton. Butr. & Abb. Panormit. in Cap. ex ratione* 8. *de appellat.*, *Nevizzan. Conſ.* 41. *n.* 3. *n.* 17.

n. 17. *& n.* 27., *Joan. Andr. in* Addit. *ad Speculator. Rubric. de Appellat. par.* 2., *Scacc. de appellat. quæſt.* 15. *in Exord. ante n.* 1. , *& Paleol. de Judic. Offic. n.* 2024. *ad n.* 2037. *tom.* 1., Fuitque repertus a Practicis contra Legiſtam præfatum modus alter hodie Uſualiſſimus utiliſſimuſque obſervandi Legem denotatus ab *Urſay. in Inſtit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 85. , *Conſtantin. ad Statut. Urb. Annot.* 63. *artic.* 1. *n.* 65. *tom.* 2., *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 3. *Cap.* 92. *n.* 41., *& Zacch. de Salar. quæſt.* 14. *n.* 17. *& quæſt.* 52. *n.* 45. *ad n.* 46. ibi: *Fugiunt ſolutionem Mercedis Advocatorum & Procuratorum , ut Lupus Lunam fugit &c. Et quando aliquid ſolvere debent Advocato , Chiragra laborare videntur &c. Inolevit præterea* Conſuetudo *in Curia Romana , quod Advocati non in fine* Litis *Honorarium conſequantur ſed tempore* Litis *&* Pro quolibet Actu *immo* Ante ipſum actum , *& circumfertur adagium* , A Cliente Lite Pendente ; *Rationes ob quas debeatur &c,*

14. Gratioſus Ubertus igitur Juriſconſultus Cæſenas in Romana Curia Advocatus ſatis ſuperius laudatus , modum Uſualiſſimum utiliſſimumque denotatum a Doctoribus citatis cum Zacchia pauloante , ſcilicet , conſiſtentem in Taxanda Quantitate Honorarii quoad unamquamque Functionem ſeu Actum cadentem in unoquoqne Capitulo ſeu Dubio ſeu Articulo , Servat editum unicum ſingularem , non omni ex parte completum , præciſe propoſitum reſpectu Litium Civilium Auditorii Sacri apnd ſuum *Opuſcul. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 1. *ad n.* 78. , Servoque Ego alterum ſimilem , neutiquam omni in puncto circumſpectum , palam productum reſpectu Cauſarum Criminalium Auditoris Cameræ in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii* . Quia Capitulum unumquodque in ſcutis centum vel centumquinquaginta ut ſupra ſtabilitum pro Honorario ſolvi , ſatius aſſerebatur contra Defenſores Romanæ Curiæ , ſaltem non deberi totum iſtud Honorarium , non reperto labore pleniter facto, reſpectu omnium ſingularumque Functionum antecedenter ſubſequenterque neceſſariarum opportunarumque quoad Capitulum unumquodque , ab eodem *Bart. in L. Præſes Provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *n.* 1. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* ibi: *Hoc eſt contra mentem* Legis , *quæ videtur velle , quod Particulares ſolutiones computentur* : dante motivum mihi ſalvandi modo per minutiorem calculum alias promiſſum præcipue ſub numero ſeptimo & decimo Paragraphi præſentis ſemper Quantitatem inibi expreſſam cum Authoritate Doctorum Auditoriique Sacri ſignanter per Rot. *deciſ.* 45. *n.* 6. *ad n.* 7. *&* *deciſ.* 65., *n.* 1. *ad n.* 12. *poſt Zacch. de Salar.* , *deciſ.* 302. *n.* 3. *poſt Conſil. Crim. Farinac. deciſ.* 291. *n.* 1. *ad n.* 4. *par.* 1. *&* *deciſ.* 310. *n.* 4. *&* *deciſ.* 329. *n.* 1. *ad n.* 4. *par.* 3. *recent.*

15. Atque per modum Uſualiſſimum utiliſſimumque hunc repertum approbatum pro Advocato Procuratore Sollicitatore Agenteque reſpectu Litium Civilium a Rot. *deciſ.* 98. *n.* 16. *ad n.* 21. *poſt Zacch. de Salar.* reſpectuque Cauſarum Criminalium a *Paleol. in prax. ſuccinct. Prælud.* *n.* 39.

n. 39. *ad n.* 43. etiam atque etiam frequentiorem demonſtratum per *Rot. deciſ.* 52. *n.* 5. *ad n.* 6. *poſt Zacch. de Salar.* ibi: *Aliquando vero* Immo ut plurimum *pro ſingulis actibus ſecundum modum Laboris ſolet præſtari congrua ſatisfactio*:, Suſtinetur fortius Quantitas Honorarii Scutorum Centum vel Centumquinquaginta ut ſupra firmata pro unoquoque Capitulo ſeu Dubio ſeu Articulo, propter illam rationem recognitam indubitatam per *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 47. *verſic. iſtum autem Stylum* ibi: *Et quamvis aliquibus primo aſpectu, Taxa exigua videatur, qualitati operis incongrua ſive indecora; Attamen id clarum continet æquivocum, quoniam reflectendo ad multiplicitatem Functionum & hujuſmodi Recognitionum, earumque Cumulum invenietur; Quod in cauſæ curſu importet idem ac illud præmium, quod una vice in notabili ſumma cum majori diſplicentia & incommoditate præſtetur, & quandoque plus.*

16. QUICQUID IN CONTRARIUM allegetur adverſus Criminaliſtas quaſi Avidiores Civiliſtis Convictos ex Antynomia duplicis Concluſionis, Videlicet unius Concluſionis utſupra firmantis Honorarium exigendum fore & eſſe Pro Defenſione Cauſarum Criminalium in eadem exigi ſolita Quantitate Pro Defenſione Litium Civilium ex *L. Præſes Provinciæ* 1. §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* cum obſervantia adnotata contra alios Defenſores per præallegatum *Guaz. Sen. ad Defenſ. Reor. in Præfat. n.* 15. *ad n.* 16., Atque alterius Concluſionis undique firmantis Honorarium exigendum fore & eſſe Pro Defenſione Cauſarum Criminalium in Duplicata Quantitate exigi ſolita Pro Defenſione Litium Civilium ex *Paleol. in prax. Succinct. prælud. n.* 39. *ad n.* 43. cum obſervantia approbata a Sex Defenſoribus in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii*:, Eſt Aviditas iſthæc quidem vana Populi Vox prolata viſionarie, ad indebite injurioſeque offendendos quaſi noxios Criminaliſtas non minus ac Civiliſtas etiam atque etiam innoxios extantes, proindeque nullam minimam fidem merens ex *Cap. Oſius* 2. *de Elect.*, *L. Decurionum filii* 12. *C. de pæn.*, *& Maſcard. de probat. lib.* 2. *Concluſ.* 748. *n.* 6. *ad n.* 7. Namque Confutatur vana iſta vox in numero decimo ſeptimo ſequenti; omiſſis argumentis aliis cum abſurdis apertiſſimis Juris, ſignanter ex valore monetæ antiquæ & modernæ, utpote reperto vario inter Doctores & Rotam ſuperius in numero ſecundo & numero ſeptimo allegatos allegatamque, etſi apparentibus tamen abluere aliquantiſper notam aviditatis antedictæ, cum diſtinctione illa dicendi cæciter; Criminaliſtas poſſe exigere julios quadraginta octo jure monetæ antiquæ ſibi aſſervato; Civiliſtaſque poſſe exigere julios vigintiquatuor jure monetæ modernæ ſibi adoptato; ex aſſertione emendanda *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 47. ibi: *Prodiit autem iſta Taxa juliorum vigintiquatuor ex qualitate monetæ aureæ, quæ antiquitus in Curia erat in uſu, illorum ſcilicet Ducatorum auri, qui ſcuti largi ſolis appellabantur, quoniam pro qualibet functione dabantur duo Ducati; Sed quia ob frequentiorem viam ſcutorum breviorum minoris valoris iſtius monetæ Cuſſio negligi cæpit; Ideoque*

que Æs erat, ejus tamen valor ob inferius pretium auri importabat julios duodecim, hinc inolevit uſus dandi æquivalentiam in magis currenti moneta argentea.

17. Guazzinus Junior filius Guazzini Senioris cum Doctoribus ſuperius citatis a numero ſeptimo ad numerum decimum primum in præantecedenti Paragrapho ſecundo, affert univerſis Viris certitudinem credendi, unam Concluſionem cum altera Concluſione nullam habere Antynomiam, conſiderato officio Defenſoris Advocati Procuratoriſque Duplici per unum Criminaliſtam exercito, ſimul merente proinde duplex Honorarium ſtabilitum duobus Civiliſtis officio duplici Defenſoris Advocati Procuratoriſque fungentibus ſeparatim apud ſuum *Tract. ad Defenſ. Animar. Lib.* 1. *Defenſ.* 4. *Cap.* 1. *n.* 21. Quia præter motivum hoc militans tam favore Procuratoris in minutis motiviſque quam favore Sollicitatoris in judicialibus actis atque favore Agentis in extrajudicialibus geſtis, utpote quoad Cauſas Criminales quaſcumque non ſecus ac quoad Lites Civiles graves inter ſeſe æquales oſtenſas paulo ante in numero decimo, ſemper mixte operantium cum Conſilio Juris in unoquoque actu adinſtar Advocati ex concluſione *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 15. dignorum ſane majori ſaltemque duplici Honorario proinde ex ratione *Zacch. de Salar. quæſt.* 52. *n.* 33. *ad n.* 36., Allego in ſecuriorem conciliationem Antynomiæ duarum Concluſionum præmiſſarum, Exemplum recentiſſimum Rei Judicatæ duorum Criminaliſtarum Defenſorum, contingentium defendere unam Cauſam adinſtar duorum Civiliſtarum Defenſorum ex *Ubert. de Mod. & Ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 1. *ad n.* 78., Super Taxata una Allegatione unius Defenſoris ſcribentis in Jure citra concomitantes ſuas functiones alias ad rationem juliorum viginti quatuor pro unoquoque Capitulo, Attenta Taxata altera Allegatione alterius Defenſoris ſcribentis in Facto citra concomitantes ſuas functiones alias ad rationem juliorum viginti quatuor pro unoquoque Capitulo, in Cauſa *Romana Honorarii die* 31. *Martii ad diem* 2. *Junii* 1756. *Pro Defenſore M. A. P. contra Clientem I. B. per acta Martorelli Notarii* AC.

18. Ab iſta Re judicata Approbatiſſima, tum propter Taxationem factam a Practicis Pluribus Peritis Criminaliſtis judicialiter citata auditaque Parte utraque electis referentibuſque atque habentibus Matriculam ad formam *Conſtit. Juſtitiæ gladium* §. 4. *P. P. Benedicti XIV.*, tumque propter Definitionem emanatam a R. P. D. Januario Simone Judice Doctiſſimo Expertiſſimoque de cognoſcendis meritis negocii Civiliter Criminaliterque Defenſi utpote gerente tunc munus ACmet ad formam *Conſtit. ad Coercenda* §. 9. *P. P. Benedicti XIV.*, Recipit majorem immo maximum vigorem pro meliori optimo intellectu Functionum Taxandarum ſingulatim mox in ſequenti Paragrapho Quinto finali ſæpeindicata illa Sententia ſex Defenſorum in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii, & Paleol. in prax Succinct. prælud. n.* 38. *ad n.* 43. ibi: *Ingenue fateor,*

teor, quod ego indistincte in Causis quibuscumque Criminalibus juxta Consuetudinem Civilistarum observatam ante Reformationem Sanctissimi semper in Contradictoriis Protestationibus Productionibus & Diligentiis Extrajudicialibus Summam Duplicatam Taxæ Litium Civilium observavi in Computis; Pro Allegationibus autem & Aliis Scripturis Legalibus nunquam arbitrariam exactionem practicavi; Sed fui tantum contentus solito pretio Allegationis Civilistarum &c. Quia a principiis judiciorum privatorum dependent principia judiciorum publicorum ex *L. absentem in Criminibus* 5. *ff. de pœn.* extensa etiam ad Functionem unamquamque vindicatam ibidem cum clientum Defensorumque Voluptate Utilitateque per eumdem *Paleol. in prax. Succinct. prælud. n.* 42. *ad n.* 44. ibi: *Cum hac regula florebunt innumerabiles Causæ.*

§. V.

Quomodo Debeatur Honorarium Pro Defensione Causarum Criminalium Analogice Cum Litibus Civilibus?

1. CUM præservata jam Distinctione Paragraphi præsentis sub numero sexagesimo, Admisso itaque apud præcedentem Paragraphum Quartum modo Taxandi Quantitatem Honorarii quoad unamquamque Functionem seu Actum cadentem in unoquoque Capitulo seu Dubio seu Articulo, admittuntur quoque Functiones singulatim Taxandæ in Computo mox adnectendo, non ex pluries abjurata *L. si pater* 34. §. *Si quis* 1. *ff. de Donationib.*, sed ex perpetuo amplexa *L. Præses Provinciæ* 1. §. *Advocatos* 11. *ff. de var. & extraordin. cognit.* Quia ordinatim discurrendo singulas partes Assumpti, quatenus *De Honorario* pro Accessibus & Epistolis, *Deque Honorario* pro Contradictoriis Protestationibus & Productionibus, *Deque Honorario* pro Minutis Chirographi Procuræ Declarationis mentis Apocæ alicujus Fidei Testium Scripturæ privatæ Commissionum Quærelarum Potitionum Partitorum Articulorum Interrogatoriorum & Instructionum, *Deque Honorario* pro Motivis Visuræ Adnotationis Spolii Restrictus Summarii Voti Congressus Allegationis Responsionis Replicationis Memorialis Informationis Sententiæ Appellationis Reique judicatæ, cum Refectione Expensarum Taxandarum obtinenda etiam, *Deque Mercede* soluta a Defensore pro Vecturis pro Originalibus pro Copiis pro Impressionibus pro Correctionibus pro Distributionibus & pro Portitoribus, *Deque Emolumento* soluto a Defensore pro Judicibus pro Apparitoribus pro Peritis pro Interprètibus pro Testibus & pro Aliis, etiam circa Munera & Strenas, *Sistat Utique* Argumentum clarum apertumque notatum a Glossa in *L. Præses Provinciæ* 1. §. *Advocatos* 11. *Verb. quoquo modo ff. de var. & extraordinar. cognit.* neutiquam argumentum minimum quodcumque negatum a Glossa in *L. Si pater* 34. §. *Siquis* 1. *verb. Certo modo ff. de Donationib.*, Non potest dubitari amplius de Constantissima optima Conclusione semper firmata de abjuranda ista Lege deque amplectenda illa Lege, etiam ex Litterali utriusque Legis dispositione per *L. ille aut ille* 25.

ff. de

ff. de Legat. & Fideicommiſſ. 3., *Card. de Luc. in Miſcellan. Eccleſiaſtic. diſc.*16. *n.*4. & *Paleol. de Judic. offic. Conſ.*7. *n.*65. *tom.*2.

2. PRO SOLO UNO CAPITULO TANTUM (ADVERTE DEFENSOR AMICE) TOTIUS CAUSÆ VALENT SUBNECTENDÆ PARTITÆ juxta Computum Functiouum & Expenſarum factarum ad uſum Agentis Sollicitatoris Procuratoris Advocatique (*Exempli gratia Criminaliter*) in Cauſa Lycienſi Pretenſi Plagii Pro Reverendo Vicario Perpetuo Orontio Vatarzas contra Reverendum Promotorem Fiſcalem ejuſque Adhærentes coram Auditore Cameræ per acta Notarii Martorelli de anno 1765. (*Exemplique gratia Civiliter*) in Cauſa Lycienſi Præthenſæ Præheminentiæ Pro Reverendo Vicario Perpetuo Orontio Vatarzas contra Reverendum Photium Filloforos Eudociumque Andronicum apud Auditorium Sacrum per acta Collegii Rotalis de anno 1765. *Videlicet*; Quod ſi conſtiterit de Partitis ſubnectendis, factis citra idem, reſpectu diverſarum Perſonarum, reſpectu diverſarum Rerum, reſpectuque Diverſorum Jurium, per *D. D. in L. Nulli* 10. C. *de Judic.*, *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.*28. *n.*10. *ad n.*19. *tom.*2., & *Tondut. de prævent. Judicial. cap.*12. *n.*34. & *cap.*14. *n.*17., Debetur Taxa Partitarum ſubnectendarum in Summa reiterata, quoad ſingulas Perſonas diverſas, quoad ſingulas Res diverſas, quoadque ſingula Jura diverſa, quaſi Diverſa Capitula, exemplo Propinæ ſubminiſtrandi Honorarii, juxta Authoritates Allegatas in numero Quarto præcedentis Paragraphi Quarti uniſone ad *Zacch. de Salar. quæſt.*72. *n.*21. & *Maſer. de Legat.* & *Nunt. lib.*1. *cap.*11. *n.*1. *ad n.*36. *Cap.*21. §.1. *n.*23. & præciſe præciſiſſime *Cap.*74. *n.*43. *ad n.*50.

3. PRIMO AD USUM AGENTIS igitur Functiones ſunt ſequentes ex eo, quod ejus Officium ſtricte eſt Procuratoris Negociorum non Scribentis in Facto nec Informantis in Voce nec Actitantis in Proceſſibus ſed Aſſiſtentis in Cunctis ſuò Acceſſu ſive per perſonam ſive per epiſtolam, etiam vigore Epiſtolarum ſibi miſſarum Digni remuneratione Laboris ſui rèfectioneque expenſarum factarum ex juribus in numero ſecundo præantecedentis Paragraphi Secundi allegatis uniſone ad *L. ſi remunerandi* 6. & *L. ſi præcedente* 58. *ff. mandat. vel contr.*, *Mantic. de tacit.* & *ambig. lib.*7. *tit.*19. *n.*6. & *n.*12., & *Rot. deciſ.*44. *n.*1. *ad n.*4. *deciſ.*59. *n.*1. *ad n.*7. *deciſ.*87. *n.*1. *ad n.*19. *deciſ.*98. *n.*21. & *deciſ.*127. *n.*1. *ad n.*2. *poſt Zacch. de Salar.* & *deciſ.*744 *n.*13. *ad n.*14. *tom.*3. *par.*4. *recent.*

4. Pro Acceſſu Agentis per perſonam ad Defenſorem Procuratorem Romæ Gnarum ſcribendi in Facto ad effectum aperiendi eidem Nomen Clientis Titulum Cauſæ Gravamenque Judicis pro Inſtantia promovenda juxta *Ubert. de Mod.* & *Ration. Citand. in Appendic. De Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*6., propter rationem allegatam in numero decimoſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti, Honorarium ſolet Taxari occaſione Cauſæ Criminalis in juliis ſex, exemplo extante in Cauſa *Tridentina Expenſarum die* 17. *Decembris* 1762. *Pro Promotore Fiſcali Eccleſiaſtico contra Sacerdotem I. P. A. per acta Monti Notarii A.C.*, utpote ſolitum Taxari occaſione Litis Civilis in juliis tribus, exemplo extante

in Cauſa *Romana Honorarii die* 28. *Martii* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Canonicum F. A. per acta Martorelli Notarii AC.*; Quamvis pretium hoc adhuc nequivi reperire impreſſum cum rationibus penes Authorem Aliquem, non obſtante indagatione facta apud Bibliothecas multus informationeſque petitas apud Curiales expertos, pro Functione Acceſſus iſtius ad Defenſorem Acceſſuumque aliorum ad Alios peracta per Agentem, occaſione Omnium Partium Proceſſus Criminalis de Auditore Cameræ enumeratarum a *Paleol. de Judic. Offic. n.* 3391. *ad n.*4905. *tom.*1., occaſioneque Omnium Partium Proceſſus Civilis de Auditorio Sacro enumeratarum ab *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*1. *ad n.*78.

5. Hinc relinquo unicuique meditandam Opinionem aliquorum volentium interdum ſibi deberi Majorem Taxam mentionata Taxa Honorarii pro Acceſſu hoc Acceſſibuſque aliis; *Puta*, pro impetranda ſubſcriptione Commiſſionis, pro facienda præſentatione Memorialis, pro rehabendo Memoriali cum Reſcripto, pro obtinenda expeditione Monitorii Citationis Specialis Litterarum Compulſorialium Inſtrumenti Decreti Juriumque idgenus; *Prout*, pro obtinenda Subſcriptione Fiſci Criminalis Civiliſve, pro ſupplenda Opportunitate circumſtantiarum, pro curanda Copia ſcripturarum, pro celeranda Impreſſione earumdem, pro redimenda Communicatione ipſarum, pro notanda Expreſſione proteſtationum, pro confrontanda Forma decretorum, pro habenda accommodatione actorum, pro adimplenda Reportatione eorumdem, pro urgenda Terminatione ipſorum, pro exigenda Summa pecuniarum, pro procuranda Commendatione Cauſæ Litiſve, proque ſubeundo Labore cæterorum innumerabilium aliorum ſimilium Acceſſuum, Officio Agentis adaptatorum, cum concluſione ſequenti, ab *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*1. *ad n.* 78. ibi: *Pauper Agens incommodis, ultra jacturam temporis, deſudabit*:

6. Major Taxa Honorarii pro Acceſſibus antedictis firmanda interdum aſſeritur ſequenti modo a ſex Defenſoribus in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M.* A. P. *contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii* ibi; *Avendoſi quanto a ciò come ſopra rifleſſo alla qualità della Cauſa e del Cliente, che ſi difende, ed avendoſi in rapporto a ciaſcun Tribunale inſieme rifleſſo alla qualità del Difenſore, che padrocina la Cauſa per il di lui maggiore o minore Onorario*; Eziandio riguardo al valutarſi più o meno le Funzioni Straggiudiziali conſiſtenti in Acceſſi; *Non ſenza perdita di tempo alle volte anche ben lungo*; *Or dall'uno or dall'altro Giudice o Notaro o da altra Perſona, ſecondo eſigge il biſogno, o a qualcuno degli Offizi di quel Tribunale, ove trattaſi la Cauſa*: Quatenus tamen Major Taxa Honorarii modo hoc admitti debeat, crederem ſaltem, quod Agens deberet aſſignare rationem majoris Laboris adinſtar rationis majoris Laboris aſſignatæ pro majori Taxa Honorarii in præſenti eodem Paragrapho hoc ſub numero decimo decimoprimo decimoſecundo trigeſimoſextoque, cum cauſa excluſiva profuſionis in

caſu

caſu deficientis probationis, fieri ſolitæ per rerum naturam per operis evidentiam perque conjecturam motu Judicis adprobandam ex *Bald. in Rubric. C. de Fid. Inſtrumentor. n.*61. *ad n.*65.

7. Alias prætendens Agens Majorem Taxam Honorarii pro Acceſſibus Antedictis ſine probatione facta ut ſupra ſineque profuſione excluſa ut ſupra, ſuccumbit ex ratione adducta per *Rot. deciſ.* 46. *n.*6. *ad n.*8. *poſt Zacch. dc Salar.* ibi: *Et, quod intolerabile & exorbitans videtur, ultra multiplicem Acceſſum ad Caſale nulla expreſſa Cauſa, quæ ſemper exprimi debet ex Bald. &c., & pro ſingulis vicibus ſcuta duo cum dimidio computando, cum ſit Caſale ſatis vicinum Urbi; Alia ſcuta centum pro annuo Salario in Liberculo conſcribuntur*: Prout ſuccumbit etiam Agens, ſi adinſtar Acceſſus per perſonam prætendat ſibi ſolvi ſimilem Taxam Honorarii pro Acceſſu per Epiſtolam, ſcriptam Clienti juxta neceſſitatem opportunitemque Negocii, exemplo extante apud *Vbert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 33. ibi: *Si aliqua neceſſaria deſunt, admonet Agentem, ut quamcitius ea de partibus advenire procuret*: Quia Epiſtola Agentis ſolita multifariam fieri in menſem, Solvitur menſtruatim regulariter in juliis duodecim, conſideratis incommodis receptionis tranſmiſſioniſque etiam, utpote comperta haud æquans Laborem Acceſſus per Perſonam ex ratione illa *Medic. de Definitionib. Jur. par.*2. *deſinit.*5. *n.*4. ibi: *Ad differentiam Litterarum, quæ hac intentione minime mittuntur, ſed ad enarrandum tantum regulariter id, quod inter Partes fieri ſolet, quæ minime diſponere dicuntur juxta notata per D.D. &c.*

8. SECUNDO AD USUM SOLLICITATORIS inſuper Functiones ſunt ſequentes ex eo, quod ejus Officium ſtricte eſt Procuratoris Actorum non Scribentis in Facto nec Informantis in voce ſed Actitantis in Proceſſu ſuo Contradictorio ſive per Citationem ſive per Proteſtationem, etiam vigore Epiſtolarum ſibi miſſarum Digni remuneratione ex juribus in numero ſecundo præantecedentis Paragraphi ſecundi allegatis uniſone ad *Rot. deciſ.*43. *n.*9. *deciſ.*67. *n.*1. *ad n.*34. *& deciſ.*98. *n.*21. *poſt Zacch. de Salar. & deciſ.*744. *n.*13. *ad n.*14. *tom.*3. *par.*4. *recent.*

9. Pro Contradictorio Sollicitatoris per Citationem perque Proteſtationem ſimul, propter rationem allegatam in numero decimoſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti, Honorarium ſolet Taxari occaſione Cauſæ Criminalis in juliis vigintiquinque menſtrualibus circiter, exemplo extante in Cauſa *Parmen. ſeu Sarzanen. Honorarii die* 10. *Maii* 1745. *Pro Defenſore I. G. contra Archipresbyterum A. R. per acta Lancioni Notarii A.C.* ibi: *Pro Sollicitatura Juvenis ſpatio quatuordecim menſium, ſcuta triginta*: indicata quoque citra approbationem tamen a *Paleol. in prax. ſuccinct. Prælud. n.*42., utpote ſolitum taxari occaſione Litis Civilis habentis mixturam Cauſæ Criminalis in juliis viginti menſtrualibus exemplo extante in Cauſa *Ulixibonen. Profeſſionis die* 27. *Martii* 1637. *Pro Religioſa F. G. contra Laycos* A. *& I. G. per acta Collegii Sacræ Rotæ* ibi: *Pro Franciſco Viete non uti Agente ſed tamquam Sollicitatore hujus Cauſæ poſt Recurſus habitos ſpatio triginta menſium, ad rationem ſcutorum duorum*

pro quolibet menſe, ſcuta ſexaginta: impreſſa quoque cum approbatione apud *Rot. deciſ.*98. *n.*21. *poſt Zacch. de Salar. & deciſ.*744. *n.*13. *ad n.*14. *tom.*3. *par.*4. *recent.*

10. Quamvis pro Contradictorio per Citationem, præciſa prædicta menſtruali aſſignatione Honorarii, ſolet Taxari Honorarium illud occaſiooe Cauſæ Criminalis, in Juliis ſex coram Judice Locumtenente, inque Juliis octo coram Capite Tribunalis, inque Juliis decem coram Auditore Signaturæ, inque Juliis viginti coram Præfectomet Signaturæ, inque Juliis vigintiqnatuor coram Auditore Papæ, juxta ſtylum ſic obſervatum pro Contradictoriis ſimilibus in Cauſa Neapolitana Plurium, apud *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.*26. *n.*1. *ad n.*28. *tom.*2., ſoletque Taxari Honorarium idem occaſione Litis Civilis in Juliis tribus coram Judice Cauſæ, inque Juliis quatuor coram Capite Tribunalis, inque Juliis quinque coram Auditore Signaturæ, inque Juliis decem coram Præfectomet Signaturæ, inque Juliis duodecim coram Auditore Papæ, ni ſexdecim Juliis cum obulis quinque adinſtar Honorarii pro Contradictorio coram Cardinali Alicujus Congregationis, juxta morem undique practicatum pro Contradictoriis iſtis habentibus originem a Lite Civili introducta tam coram Auditore Cameræ quam coram Aliis Tribunalibus notatis a *Ridolph. in prax. par.*3. *cap.*5. *n.*152., Salvo tamen augumento faciendo uſque ad Honorarium medietate majus Honorario prædicto, in Caſu Contradictorii pro hora certa extra horam ſolitam Audientiæ, puta uſque ad Julios novem coram Judice Locumtenente & uſque ad Julios duodecim coram Capite Tribunalis occaſione Cauſæ Criminalis, exemplo extante in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii*.

11. Ratio hujus augumenti uniſoni Rationi alterius augumenti tradendi ſub numero trigeſimo ſexto & numero quadrageſimo ſecundo deducitur ex eo, quod eſt major Labor Defenſorum vocatorum extra diem & horam ſonus Campanæ Montis Citatorii ſoliti fieri veſpere & mane Temporis juridici pro Audientia & pro Informatione Judicum exemplo *Statut. Urb. lib.*1. *cap.*57. juxta aſſertionem Papæ regiſtratam apud Notificationem Publicatam, afficereque ſtabilitam a die 2. Julii 1695. uſque ad diem durantis Reformationis iſtiuſmodi in *Collection. Bullar. Conſtitution. & Ordination. Cap. de Tempore Audientiarum* 72. *n.*1. *ad n.*4. *P. P. Innocentii XII.* ibi: *Sua Santità ſi è compiaciuta rendere in queſta forma tanto meno laborioſo l'eſercizio del loro impiego*:, meretur majus Honorarium in terminis his ex regula *Zacch. de Salar. quæſt.*52. *n.*107. ibi: *Ubi Extraordinarius requiritur Labor, Extraordinarium quoque debetur Salarium*: allegata per Sex Defenſores in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii*. Quia etiam in circumſtantia iſta conſiderati Defenſores hi ſub Functione Officii ſui facienda pro Clientibus die non naturali ſed artificiali & horis non omnibus ſed aliquibus ex *L. Operæ* 1. *ff. de oper.*

oper. libert., debent obtinere augumentum Honorarii fungentes Officio ſuo extra talem diem & tales horas, attenta conventione ſubintellecta, dumtaxat operandi ſub horis præciſis diei utilis Audientiæque Informationiſque ex *Gloſſ. in L. ſed & hæ perſonæ* 35. §. *non ſolum* 2. *verb. Tribunal ff. de Procuratorib. & Defenſorib.*, *Gloſſ. Marginal. in L. quod tamen* 21. *ſeu L. Si cum dies* 21. §. *Si Arbiter* 10. *verb. de quo actum Litt. A. ff. de recept. qui arbitr. receper. ut ſentent. dic.*, & *Zacch. de Salar. quæſt.* 9. *n.* 49.

12. Potiſſimum propter rationem allegatam in numero decimoſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti, Defenſores iſtiuſmodi debent obtinere a Clientibus augumentum Honorarii, uſque ad Summam Informationis *Procuratoris* inferius Taxandam ſub numero trigeſimoſexto, pro Contradictorio per citationem facto coram Auditore Papæ vel Signaturæ ſuſſecto in Cauſis Criminalibus loco Signaturæ Plenæ in Litibus Civilibus juxta *Conſtit. ad Coercenda* §. 13. P.P. *Benedicti XIV.* ex incuria tamen Superficialium nimis damnata a *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 47. *n.* 62., & *Paleol. de Judic. Offic. Corollar.* 3. *n.* 3412. *ad n.* 3433. *tom.* 1. Signanter in caſu implorandi auxilium Papæ adverſus oppreſſionem Reorum ad formam practicæ æternæ, permittentis etiam Diabolo Inferni Defenſiones in Contradictorio cum Genere Humano ſuper Servitute Libertateque, apud *Bart. de Quæſtion. ventilat. coram. Dom. Noſtr. Jeſ. Chriſt. inter Virg. Mar. ex un. par.* & *Diabol. ex alter. par. n.* 1. *ad n.* 13. Verbi gratia, occaſione Cauſæ Criminalis in Contradictorio per citationem tangentem Commiſſionem appellationis ſignatam vel ſignandam tam ſuper negocio principali quam ſuper incidenti aliquo per *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.* 3. *n.* 1. *ad n.* 44. *conſ.* 26. *n.* 1. *ad n.* 40., & *conſ.* 25. *n.* 1. *ad n.* 100. *tom.* 2. Quia Contradictorium iſtud ſuper Citatione iſta ſuffectum loco Informationis ipſius ſuper Commiſſione ipſa practicatæ in Litibus Civilibus apud *Paleol. de Judic. Offic. Corollar.* 3. *n.* 3404. *ad n.* 3411. *tom.* 1., debet remanere ſub Taxa ipſiſſima Functionis factæ pro Signatura Plena, propter ipſiſſimum Laborem æque nunc ac tunc remanſum in Informatione argumentorum in voce ſumptorum ex argumentis in ſcripto juxta exempla penes *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.* 3. *n.* 1. *ad n.* 44. *Conſ.* 20. *n.* 1. *ad n.* 40. & *Conſ.* 25. *n.* 1. *ad n.* 100. *tom.* 2. præſertim accedente ſtylo ſolvendi Honorarium Informationis factæ uno die de una Cauſa æque coram uno Judice ac coram pluribus Judicibus ex notandis in numero trigeſimoſexto cum *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 17. & *n.* 47.

13. Per Proteſtationem, Contradictorium, cum dicatur Comparitio multiplex facta in Broliardo, ſive Declaratoria voluntatis propriæ, ſive Certificatoria Facti Fiendive, ſive Inhibitoria innovationis cujuſcumque, ſive Conteſtatoria qualitatis alicujns, juxta enucleationem *Roger. in Tract. de Proteſtationib. Rubric.* 1. *ad Rubric.* 4. Propter rationem allegatam in numero decimoſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti, Honorarium Proteſtationis ſolitum Taxari in juliis tribus occaſione Litis Civilis, ſolet Taxari in juliis ſex occaſione Cauſæ Criminalis, interdumque in juliis ſaltem octo in caſu proteſtationis revocatoriæ Confeſſionis inquiſiti, utpote

ſcitæ a paucis ex *Paleol. de Judic Offic. Corollar.* 3. *n.* 4262. *ad n,* 4263. *tom.* 1. allegante punctualiſſime *Guazzin. Sen. Defenſ.* 32. *cap.* 12. *n.* 2 ibi: *Erit in practica, ut non citet ad dicendum contra articulos neque illos exhibeat ſuper probando errore, niſi prius Reus dicat, quod licet ipſe faſsus fuerit feciſſe tale Homicidium vel dediſſe tale mandatum, tamen Confeſſio fuerit & ſit erronea ob talem cauſam, & ipſe vult probare ſe non feciſſe tale Homicidium neque dediſſe tale mandatum ex tali Cauſa; Alias niſi facta dicta declaratione articuli non poſſunt vdmitti, ut bene docet Cavalcan. &c. Et ita obſervatur in practica, licet pauci his temporibus illam ſciant & obſervent, ob calamitatem tempor um:*, uniſonum aſſertioni Papæ in *Conſtit. Animati* §. 1. *P. P. Benedicti XIV.*, *Ambroſin. de proceſſ. informat. lib.* 2. *cap.* 2. *ſuper n.* 19. & *Paleol. in prax. ſuccinct. Prælud. n.* 8. Quia Productio pari paſſu ambulans cum Proteſtatione occaſione Cauſæ Criminalis regulariter ſolvenda in juliis ſex utpote regulariter ſoluta in juliis tribus occaſione Litis Civilis, ſolet ſolvi, interdum quoque in juliis octo, juxta ſuperius citatam Rem judicatam in Cauſa *Romana Honorarii die* 31. *Martii ad diem* 2. *Junii* 1756. *Pro Defenſore M. A. P. contra Clientem I. B. per acta Martorelli Notarii A. C.* ibi: *Prò Productione ibi enunciata, ſignavi obulos octuaginta, Cum eamdem laborioſam invenerim.*

14. TERTIO AD USUM PROCURATORIS itidem Functiones ſunt ſequentes ex eo, quod ejus Officium ſtricte eſt Patroni Cauſarum non Aſſiſtentis in cunctis nec Actitantis in Proceſſu ſed Scribentis in Facto & Informantis in voce ac Succurrentis in Judicio Sua Arte tam per Minutas quam per Motiva, etiam vigore Epiſtolarum ſibi miſſarum Digni remuneratione, ex juribus in numero ſecundo præantecedentis Paragraphi ſecundi allegatis uniſone ad *Rot. deciſ.* 6. *n.* 1. *ad n.* 8. *deciſ.* 7. *n.* 1. *ad n.* 10. *deciſ.* 9. *n.* 1. *deciſ.* 12. *n.* 4. *deciſ.* 20. *n.* 1. *ad n.* 5. *deciſ.* 64. *n.* 7. *ad n.* 8. *deciſ.* 83. *n.* 1. *ad n.* 9. *deciſ.* 84. *n.* 1. *ad n.* 15. *deciſ.* 98. *n.* 16. *deciſ.* 115. *n.* 1. *ad n.* 7. *dediſ.* 128. *n.* 3. *deciſ.* 136. *n.* 1. *ad n.* 3. *deeiſ.* 147. *n.* 1. *ad n.* 2. *deciſ.* 149. *n.* 1. *ad n.* 12. & *deciſ.* 150. *n.* 9. *ad n.* 12. *poſt Zacch. de Salar.* & *deciſ.* 744. *n.* 13. *ad n.* 14. *tom.* 3. *par.* 4. *recent.* præſertimque enim in numero quarto præantecedentis Paragraphi ſecundi ex prædicta *Rot. deciſ.* 67. *n.* 7. *ad n.* 11. & *n.* 28. *ad n.* 31. *poſt Zacch. de Salar.* concordante punctualiter in præciſiori puncto cum *Rot. deciſ.* 104. *n.* 44. *ad n.* 45. *par.* 6. *recent.* ibi: *Et licet ipſe ſcripſerit & informaverit in Cauſa, attamen iſti ſunt actus extrajudiciales &c. Et hujuſmodi Scripturæ & Informationes ut plurimum non ſolent fieri a Procuratoribus, qui habent Mandatum ad Cauſam &c. Nec intrat Mandatum præſumptum dicti Lactantii cum jura non produxerit, nec appareat impenſas feciſſe, licet ſcripſerit aut informaverit.*

15. Pro Minutis Procuratoris in productione proteſtationeque exhibendis, puta, Chirographi Procuræ, Declarationis mentis, Apocæ alicujus, Fidei Teſtium, Scripturæque cujuſvis generis privatæ, in locum Inſtrumentorum rogandorum a Notario, propter rationem allegatam in numero decimoſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti in terminis his præciſis etiam ſtabilitam ab inibi citato *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur.*

diſc.

*disc.*46. *n.*15, Honorarium solet Taxari occasione Causæ Criminalis in quantitate duplicata Honorarii soliti Taxari occasione Litis Civilis, nempe, in duplo quantitatis majoris quantitate stabilita pro rogitu ipsarum facturo per Notarium, exemplo extante de minutis istis cum suasionibus suis apud *Paleol. de Judic. Offic. n.*3460. *n.*3697. & *n.*4072. *tom.*1. & *Cons.*7. *n.*44. *Cons.*8. *n.*21. *Cons.*11. *n.*24. *Cons.*29. *n.*58. & *Cons.*30.§.9. *n.*5. *tom.*2. Quia Minuta quæcumque idgenus affabre adaptata Facto ad obtinendum petitum Jus extensa a Procuratore melius quam a Notario, puta, Exculpationis Criminis subscriptæ a prætenso Offenso pro prætenso Offensore, est efficacissima quidem secureque ad redimendum Inquisitum a morte, tamquam innoxium interdum, ex juribus allegatis per *Paleol. de Judic. Offic. Cons.*21. *n.*24. *ad n.*26. *tom.*2. cum conclusione deducenda pro Honorario in Causis Criminalibus assignando pinguiori quam Honorario assignato in Litibus Civilibus ex argumento *Raynald. in Observat. Crim. Can. Civil. & Mixt. cap.*19. §.1. & 3. *n.*35. *tom.*2. ibi: *Non adest pretium, quo remunerari possit Advocatus, qui bene dirigere & gubernare scit Causam.*

16. Libelli judicialis Minuta composita ex tribus partibus juxta dispositionem juris, nuncupatur Commissio, apud Auditorium Sacrum utpote Delegatum pro Litibus Civilibus, apudque Auditorem Cameræ aliquando Delegatum pro Causis Criminaliuus, nuncupaturque Querela apud Judices Quoscumque Latrunculatores Ordinarios electos pro maleficiis vindicandis, penes *Paleol. de Judic. Offic. n.*340. *n.*425. *n.*633. *n.*1851. *n.*3400. *n.*3461. *n.*3468. & *n.*3490. *tom.*1., Qualiscumque autem sit Commisso alphabetice hic pro Litibus Civilibus multifariam indicata sic, Appellationis, Absolutionis a Censuris, Admissionis ad Causam, Admissionis Articulorum, Avocationis Causæ, Circumscriptionis Sententiæ, Declarationis Competentiæ, Deputationis alterius, Derogatoria Feriarum, Excitatoria Facultatum, Exequutorialis quæcumque, Liberationis Molestiarum, Præfixionis termini, Præventionis procedendi, Purgationis attentatorum, Reformatoria alterius, Reintegratoria inhibitionis, Remissionis ad eumdem, Restitutionis in integrum, Subministrationis summæ alicujus, Subrogatoria alterius, vel Similis juxta formulas selectissimas cum actis congruis extensas apud *Paleol. de Judic. Offic. n.*1568. *ad n.*3390. *tom.*1, Taxatur pro Confectione Commissionis istiusmodi Honorarium ex *Rot. decis.*98. *n.*17. *ad n.*21. *post Zacch. de Salar.* & *decis.*744. *n.*13. *ad n.*14. *tom.*3. *par.*4. *recent.* scilicet in juliis duodecim per *Ubert. de mod.* & *ration. citand. in Appendic. de Instruction. Agent. Rom. Cur. n.*6. ibi: *Procurator Libellum supplicem Summo Pontifici, qui vulgo dicitur Commissio, format, Instans ut Causa Appellationis suæ Partis ab injusta Sententia Judicis de partibus in Sacra Rota committatur, ob præjudicium perpetuum, vel quia excedit Summam Scutorum quincentum aureorum, vel ratione simili, quæ de Stylo Causam Rotalem faciat, cum facultatibus & Clausulis apponi solitis: Cui Agens pro hoc labore Julios duodecim dare consuevit.*

17. Er-

17. Ergo, propter rationem allegatam in numero decimo ſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti, pro Confectione Commiſſionis Cauſarum Criminalium compoſitæ pariter ex tribus partibus, præter cætera notata a *Paleol. de Judic. Offic. n.*3400. *ad n.*3449. *tom.*1. *& Conſ.*20. *n.*1. *ad n.*4. *tom.*2. *& Scacc. de Judic. lib.*1. *Cap.*65. *n.*1. *ad n.*6., Taxatur Honorarium in juliis vigintiquatuor, ſignanter pro Confectione Commiſſionis derogatoriæ *Concil. Trident. Cap. Cauſæ omnes* 20. *ſeſſ.*24. *de Reformat.* juxta formulam adaptatam Tribunali Auditoris Cameræ apud *Paleol. de Judic. Offic. n.*3464. *tom.*1. ac pro Confectione Commiſſionis admiſſionis Banniti ad novas defenſiones ex *L. in Criminibus* 1. §. *Si quis ultro* 27. *ff. de quæſtionib.* juxta formulam adaptatam Tribunali Auditoris Cameræ apud *Paleol. de Judic. Offic. n.*4827. *tom.*1. ſecus tamen pro Confectione Querelæ vix ſolvenda ſcuto uno aureo etſi compoſita ad formam *L. Libellorum.* 3. *& L. cum Titia* 18. *ff. de accuſationib.*, *& Paleol. de Judic. Offic. n.*3556. *ad n.*3557. *& n.*3490. *ad n.*3501. *& n.*4635. *ad n.*4652. *tom.*1. Quia potius Judex ex officio ſuo quam Procurator cum arte ſua circa Querelam laborat nimis, per Doctores apud *Barboſ. in Cap. qualiter & quando* 24. *il ſecondo n.*1. *ad n.*20. *de accuſationib.*, *& Paleol. de Judic. Offic. Corollar.*3. *n.*3495. *ad n.*3501. *tom.*1.

18. Poſitionum & Partiti Deciſivi litis Minuta eſt compoſita juxta formulas traditas a *Ridolph. in prax. par.*1. *Cap.*10. *n.*6. *ad n.*15., Taxaturque, nempe, Minuta quoad Poſitiones, pro Litibus Civilibus in ſumma eadem inferius ſignanda circa Minutam Articulorum, cum advertentia circa idem non ſolvendi Articulos in caſu ſolutarum Poſitionum vel non ſolvendi Poſitiones in caſu ſolutorum Articulorum, propter utriuſque identitatem notatam a *Michalor. de Poſitionib. Cap.*1. *n.*4. *ad n.*5. *& Scacc. de Judic. lib.*2. *cap.*7. *n.*770. quæ ſumma proinde utpote una eademque reperitur, non quoad Poſitiones, ſed quoad Articulos, Taxata apud *Vbert. de Mod. & Ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*51. Taxaturque, itidem Minuta quoad Partitum Deciſivum Litis, pro Litibus Civilibus in ſumma eadem inferius ſignanda circa Minutam Sententiæ utpote ſimilis Partito licet efficaciori etiam per *Ridolph. in prax. par.*1. *Cap.*10. *n.*124. *ad n.*124., Quidcquid ſit in Cauſis Criminalibus, nunquam admittentibus Partitum Deciſivum Litis ex *Gallup. in prax. par.*2. *Cap.*20. *n.*44., niſi quoad punitionem ipſius comperti laborantis Perjurio adindar Perjurii Poſitionum teſte *Paleol. de Judic. Offic. n.*3784. *ad n.*3792. *tom.*3. *& Conſ.*16. *n.*1. *ad n.*35. *tom.*2., Taxatur Minuta Poſitionum non Taxatis tamen Articulis ut ſupra, dumtaxat, vel admittendarum in Cauſis Criminalibus Bononiæ de Stylo teſtificato per *Guazzin. Sen. Defenſ.*20. *Cap.*18. *n.*5., *& Paleol. de Judic. Offic. n.*3710. *tom.*1., vel admittendarum in judiciis violentiæ ſpolii damnique dati mixte intentatis ex *Statut. Vrb. lib.*2. *Cap.*12. *& lib.*3. *Cap.*79. *& Conſtit. Inveterata* §.13. P. P. *Benedicti XIV.*, *& Scacc. de Judic. lib.*2. *Cap.*7. *n.*767. contra opinionem *Michalor. de Poſitionib. Cap.* 30. *n.*13.

19. Articulorum & Interrogatoriorum Minuta componitur juxta formulas

mulas traditas a *Paleol. de Judic. Offic. n.*4118. *n.*4267. *& n.*4294. *tom.*1. Taxaturque iſta Minuta de Stylo pro Cauſis Criminalibus quoad ſingulos reſpective ſingula in juliis quatuor, utpote Taxata ſimilis Minuta de Stylo pro Litibus Civilibus quoad ſingulos reſpective ſingula in juliis duobus, ſicque Taxanda quoad Poſitiones in caſu non ſolutorum Articulorum ut ſupra, tamquam continentes eumdem laborem ex præmiſſis cum *Ridolph. in prax. par.*1. *Cap.*10. *n.*1. Ego tamen credo, quod aptior Minutæ idgenus erit Taxa pro Cauſis Criminalibus in juliis quadragintaocto, tamquam propter rationem allegatam in numero decimo, ſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti duplicanda ex Taxa pro Litibus Civilibus in juliis vigintiquatuor ſtabilita ab *Ubert. de Mod. & Ration. Citand. in Append. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*50. *ad n.*51. ibi: *Remiſſoria autem non datur, niſi exhibitis Articulis in actis &c. Citatur Pars ad dandum Interrogatoria & Concordandum de Judice in partibus, & ſervatis aliis de Stylo ſervari ſolitis &c. Procuratori pro formandis Articulis ſeu Intarrogatoriis, Vigintiquatuor juliis ſolent dari &c.* Quia ſi pro Libello judiciali Cauſarum Criminalium in juliis vigintiquatuor fuerit Labor Taxatus, proque Libello Judiciali Litium Civilium in juliis duodecim ſuerit Labor Taxatus, puta, pro Commiſſione ex præmiſſis cum *Ubert.de Mod.& Ration.Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*6., Taxandus itaque eſt Labor uti major, nempe in duplicata Summa, pro Articulis & Interrogatoriis, utpote, prævia meditatione profunda Defenſoris, diſtinguentibus clarificantibuſque illud idem Factum contentum conjunctim confuſeque in Libello judiciali per *Michalor. de Poſitionib. Cap.*4. *n.*1. *ad n.*8.

20. Inſtructionis Minuta non eſt Minuta Epiſtolæ ſtabilitæ ad enarrandum aliquid de Stylo Agentium, ſed eſt Minuta Folii ſtabiliti, ad diſponendum aliquid de Stylo Procuratorum, juxta ſuperius notata ſub numero ſeptimo cum dictinctione data per *Medic. de Definit. Jur. par.*2. *Definit.*5. *n.*4. Quæ Inſtructio, præciſis incidentibus contingere ſolitis adinſtar caſus notati inferius ſub numero vigeſimoſeptimo ex Cauſa *Hydruntina ſeu Lycienſi Cenſurarum die* 20. *Octobris* 1765. *inter Capitulum Turchiaroli & Capitulum Squintiani per acta Monti Notarii* AC., Taxatur in juliis quadragintaocto propter rationem allegatam in numero decimo ſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti occaſione Cauſarum Criminalium, puta, ſuper Examine Teſtium vigore Remiſſiorialium cum cæteris apnd *Paleol. de Judic. Offic. Corollar.*3. *n.*4161. *ad n.*4177. *& n.*4307. *ad n.*4319. *tom.*1. Quia occaſione Litium Civilium, puta, ſuper Examine Teſtium vigore Remiſſorialium Taxatur in juliis vigintiquatuor juxta *Ubert. de Mod. & Ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*4. ibi: *Una cum Remiſſoria tranſmittitur Principalibus Inſtructio pro Teſtibus examinandis, ut concludant, & Dubium propoſitum evacuare poſſint (Pro qua vigintiquatuor julii dantur Procuratori); Ea autem in partibus recepta, debent Principales curare, ut Judicem habeant propitium ſimiliter Notarium & alios; Et omnia citata Parte exequi & Teſtes examinare ſemper ſuper Interrogatoriis Partis, ne fiat aliqua nullitas. Et omnino curare, ut Teſtes de-*

ponant ad propoſitum & paucis verbis, ne in aliquo contradicant, & ſemper de Cauſa ſcientiæ deponant: Quamobrem poſſunt circa Inſtructionis Minutam iſtiuſmodi videri conſiderarique jura cum Doctoribus & formulis latiſſime allegata tam reſpectu Remiſſorialium quam reſpectu Compulſorialium pro Litibus Civilibus per *Ridolph. in prax. par.* 1° *Cap.* 11. *n.* 1. *ad n.* 144. & *Cap.* 12. *n.* 2. *ad n.* 33. proque Cauſis Criminalibus occaſione etiam Tranſmiſſionis Commiſſarii per *Guazzin. Sen. Defenſ.* 14. *Cap.* 1. *ad Cap.* 12. & *Defenſ.* 15. *Cap.* 1. *n.* 1. *ad n.* 20. *ac Defenſ.* 25. *Cap.* 1. *ad Cap.* 2., & *Paleol. de Judic. Offic. Corollar.* 3. *n.* 4100. *ad n.* 4361. *tom.* 1.

21. Pro Motivis Procuratoris cadentibus in Viſura Adnotatione Spolio Reſtrictu Summario Voto Congreſſu Allegatione Reſponſione Replicatione Memoriali Informatione Sententia Appellatione Rejudicata cum Refectione Expenſarum inde obtinenda ex Proceſſu actitato vel Actis geſtis pleniter videndis apud *Paleol. in prax. ſuccinct. Cap.* 1. *ad Cap.* 10. & *de Judic. Offic. n.* 1578. *ad n.* 4911. *tom.* 1., Honorarium ſolet Taxari occaſione Cauſæ Criminalis in Quantitate Duplicata Honorarii ſoliti Taxari occaſione Litis Civilis, propter rationem allegatam in numero decimo ſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti, exceptis tamen Motivis ſolis ex enumeratis cadentibus in Viſura Adnotatione Spolio Reſtrictu Summarioque utpote Taxari ſolitis æque occaſione Cauſæ Criminalis ac occaſione Litis Civilis juxta tenorem Teſtimonii perhibiti a ſex Defenſoribus in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M. A.* P. *contra Comitem T.* L. *per acta Bottelli Notarii Gubernii.* uniſonum in parte ad tradita per *Paleol. in prax. ſuccinct. Cap.* 5. *n.* 1. *ad n.* 7. Quia regulariter Motiva ſola ex enumeratis cadentia in Voto Congreſſu Allegatione Reponſione Replicatione Memoriali Informatione Sententia Appellatione Reque judicata cum Refectione Expenſarum inde obtinenda ex Proceſſu actitato vel Actis geſtis, videntur appetere Officium ſimul Procuratoris Advocatique occaſione Cauſæ Criminalis cujuſcumque non ſecus ac occaſione Litis Civilis gravis, ex paulo ante indicata ratione allegata in numero decimoſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti cum *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 15. uniſona in parte ad tradita per *Vbert. de mod.* & *Ration. Citand. in Apperdic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 1. *ad n.* 78. Quamvis in præſentiarum couvenit Taxa pro Viſura Adnotatione Spolio Reſtrictu Summarioque exponi ſub Functionibus ad uſum Advocati, utpote merentis Honorarium etiam ultra Procuratorem, vel in caſu voluntatis Clientum, vel in caſu neceſſitatis urgentiſſimæ, Videndi Adnotandi Spoliandi Reſtringendi Summariandi Proceſſum actitatum vel Acta geſta, ſignanter occaſione Cauſæ Criminalis potius quam occaſione Litis Civilis, ex Doctrina in caſu voluntatis Clientum *Vrſay. in Inſtit. Crim. lib.* 2. *tit.* 20. *n.* 39. ibi: *Summopere optant* Litigantes, *ut Advocati faciant Reſtrictus Facti & Juris ſeu adimpleant Partes tam* Procuratoris *quam* Advocati:, exque Doctrina in caſu neceſſitatis urgentiſſimæ *Paleol. in prax. Succinct.* Cap. 5. *n.* 1. *ad n.* 7. ibi: *Alias ſine hac diligentia Peritiſſimorum eſſentialiſſima, ſemper poteſt juſtificari Impius adinſtar Innocentis & imputari Innocens adinſtar Impii.*

22. QUAR-

22. QUARTO AD USUM ADVOCATI itaque Functiones sunt sequentes ex eo, quod ejus Officium stricte est Patroni Causarum non Assistentis in Cunctis nec Actitantis in Processu nec Scribentis in Facto sed Scribentis in Jure & Informantis in voce ac Supplentis in puncto sua Scientia per Motiva Juris sumenda ex Motivis Facti juxta *L. si plagis* 52. §. *in Clivo Capitolioo* 2. *ff. ad* Leg. *Aquil.*, & *Paleol. in prax. succinct. Prælud. n.*27. *ad n.*28. & *Cap.* 4. *n.* 8. *ad n.*25. etiam atque etiam adinstar aliorum Digni remuneratione ex juribus in numero secundo præantecedentis Paragraphi secundi allegatis unisone ad *Rot. decis.*98. *n.*18. & *decis.*137. *n.*1. *ad n.* 13. *post Zacch. de Salar.* & *decis.*744. *n.*13. *ad n.*14. *tom.* 3. *par.*4. *recent.*

23. Visura Adnotatio Spoliumque Processus actitati seu Actorum gestorum juxta formulas penes *Paleol. in prax. succinct.* Cap.1. *Cap.*2. & Cap.3., potest considerari a Jurisperitis adinstar Primæ Operationis Intellectus nuncupatæ Simplicis Apprehensionis a Philosophis ex *L. juri* 1. §. *cujus* 1. *ff. de justit. & jur.* ibi: *Veram nisi fallor Philosophiam*:, Taxaturque nihil de jure occasione Litis Civilis, propter nihilum concluſum pro Cliente ex Visura Adnotatione Spolioque ante Restrictum Summariumque inferius explicandum ex *Ubert. de Mod.* & *Ration Citand. in Appeudic. de Instruction. Agent. Rom.Cur. n.*33., Taxaturque aliquid de stylo occasione Litis Civilis, puta, quintuplex obulus pro qualibet pagina in casu etiam summæ Taxatæ pro Restrictu Summarioque inferius explicandæ juxta exemplum in Causa *Romana Honorarii die* 28. *Martii* 1764. *Pro Defensore M. A. P. contra Canonicum F. A. per acta Martorelli Notarii* A. C., Verumtamen occasione Causæ Criminalis ad tramites distinctionis præfatæ semper servandæ, potest circa punctum hunc observari Testimonium sex Defensorum in Causa *Romana Honorarii die* 4. Dccembris 1764. *Pro Defensore M.* A.P. *contra Comitem T.* L. *per acta Bottelli Notarii Gubernii* ibi: *Avendosi ragione alli Processi Criminali di Roma, se ravvisansi formati e scritti in Carta solita in fogli cioè all'uso di Roma, e continente ciascuna Carta tanti versi quanti sogliono scrivere i Notari Criminali di Roma; suole essiggersene a titolo di Visura e Spoglio un Grosso e vale a dire bajocchi cinque per ciascuna Carta; Qualora poi, o sieno fogli più grandi o si scorgano scritti con più minuto carattere e con maggior quantità di versi e sieno confusamente e non con buon' ordine compilati; In tal caso la Visura e Spoglio merita un maggior Onorario.*

24. Spolium Adnotatio Visuraque idgenus occasione Causæ Criminalis reperitur vario modo unisone ad sex Defensores antedictos Taxatum nedum respectu Processus actitati Actorumque gestorum verumetiam respectu Justificationum Documentorumque cujusvis generis in Causa Parmensi indicata per *Paleol. in prax. succinct. prælud. num.* 42. Tum quia occasione Processus confecti per Subdelegatum Nuntii Apostolici & Curiæ Episcopalis continentis Scripturam extraordinariam, reperitur summa obulorum quinque pro quolibet folio in prædicta Causa indicata a *Paleol. in prax. succinct. prælud. n.*42. Tum quia occasione

Proceſſus Conſtitutorum ſeu Examinum Rei confectorum coram Judice prioris inſtantiæ ſcriptura extraordinariiſſima loco trium, reperitur ſumma obulorum quindecim pro quolibet folio in præfata Cauſa indicata a *Paleol. in prax. ſuccinct. prælud. n.*42. Tum quia occaſione Defenſionum factarum coram Judice prioris inſtantiæ extenſarum ſcriptura extraordinariiſſima loco qnatuor, reperitur ſnmma juliorum duorum pro quolibet folio in prænotata Cauſa indicata a *Paleol. in prax. ſuccinct. prælud. n.*42. Tum quia occaſione Jurium productorum coram Judice prioris ulterioriſque inſtantiæ continentium ſcripturam extraordinariiſſimam loco duorum, reperitur ſumma obulorum decem pro quolibet folio in prænunciata Cauſa indicata a *Paleol. in prax. ſuccin. prælud. n.*42. Tum quia occaſione Brevium Juriumque ſimilium exhibitorum coram Judice Supremo ſeu Sacra Congregatione extenſorum ſcriptura extraordinariiſſima loco duorum, reperitur ſumma obulorum decem pro quolibet folio in pluries nominata Cauſa indicata a *Paleol. in prax. ſuccinct. prælud. n.*42. Cum Rejudicata reſpectu cæterorum ante Teſtimonium ſex Defenſorum ſimili emanata circa menſuram paginarum adinſtar Notarii in Cauſa *Romana Honorarii die* 31. *Martii ad diem* 2. *Junii* 1756. *Pro Defenſore M. A.* P. *contra Clientem I. B. per acta Martorelli Notarii AC.* ad rationem videlicet linearum vigintiquatuor completarum ex duodecim ſyllabis compoſitis charactere ſolito in unaquaque pagina ex *Paleol. de Judic. Offic. Corollar.* 3. *n.*4056. *ad n.*4057. *tom.* 1.

25. Reſtrictus Summariumque Proceſſus actitati ſeu Actorum geſtorum juxta formulas penes *Paleol. in prax. Succint. Cap.*4. *n.*1. *ad n.*129., poteſt conſiderari a Juriſperitis adinſtar Secundæ Operationis intellectus nuncupatæ Judicii a Philoſophis ex *L. juri* 1. §. *cujus* 1. *ff. de juſtit. & jur.* ibi; *Veram niſi fallor Philoſophiam*: Quamobrem, præciſis multis Incidentibus occurri ſolitis ſuper Reſtrictu hujuſmodi cum Honorario Taxato extrajudicialiter pro Defenſore videndis inferius ſub numero trigeſimoſeptimo ex Cauſa *Hydruntina ſeu Lycienſi Cenſurarum die* 20. *Novembris* 1765. *inter Capitulum Turchiaroli atque Capitulum Squintiani per acta Monti Notarii AC.* Aut Reſtrictus Summariumque in caſu etiam Taxatæ Viſuræ ut ſupra Taxatur occaſione Litis Civilis ratione obſervationum in margine additarum vel relevantium vel reprobantium tam Solemnitatem quam Subſtantiam actorum Proceſſuſque; & Summa eſt ſcuti unius aurei pro quolibet centenario totius Axis Negocii in judicium deducti juxta *Ubert. de Mod. & Ration. Citand. in Appendic. de Iſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 33. ibi: *Et pro Summario ſolet dari Procuratori ſcutum aureum pro quolibet Centenario*: Aut Reſtrictus Summariumque in caſu etiam Taxatæ Viſuræ ut ſupra Taxatur occaſione Cauſæ Criminalis ratione obſervationum in margine additarum vel relevantium vel reprobantium tam Solemnitatem quam Subſtantiam actorum Proceſſuſque; & Summa eſt ſcutorum trium loco originalis Scripturæ inferius explicandæ pro quolibet folio impreſſo, juxta ſupradictam Cauſam Parmenſem indicatam a *Paleol. in prax. ſuccinct. prælud. n.* 42. ibi: *Pro Reſtrictu*

Pro-

Proceſſuum & Jurium loco Summarii impreſſo in foliis viginti Typis, ſcuta ſexaginta: Atque eſt Reſtrictus Summariumque ita non alias Taxandus ad interpretationem ſex Defenſorum factam in Cauſa *Romana Honorarii die 4. Decembris 1764. Pro Defenſore M. A. P. contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii* ibi: *Per un tal Riſtretto puol eſiggerſi un conveniente Onorario corriſpondente alla fatiga fattavi*: Ac equidem Reſtrictus primarius iſte ſeu Summarium primarium idgenus conſideratus pro directione cauſæ diverſimodè a Reſtrictu ſecundario nuncupato Allegatione concluſionis cum Summario ſecundario compoſito pro Deciſione cauſæ nuncupando Juſtificatorio narrationis ex *Ridolph. in prax. par. 3. cap. 5. n. 108. ad n. 112. & n. 128. ad n. 129., & Urſay. in Inſtit. Crim. lib. 2. tit. 10. n. 93.*, eſt Summa rerum contentarum in Proceſſu Actiſque favorabilium Clienti contrariarumque Adverſario, ad effectum proſpiciendi providendique defectum Facti ex *Ubert. de Mod. & Ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n. 33.* ibi: *Accomodato Proceſſu, Agens illum Procuratori in Facto tradit; qui per ſe ſeu per alium Summarium totius ipſius facit, Adnotans omnia in eo contenta tam pro quam contra Principales, ut eis quæ ſunt ad favorem in Cauſa utatur & adverſus ea quæ contra ſunt præmuniatur.*

26. Summarium autem iſtud ſcilicet primarium, etſi a Tribunalibus Romanæ Curiæ puta, Auditore Cameræ Auditorio Sacro Congregationeque Conſultæ reſpective in Litibus Civilibus inque Cauſis Criminalibus accipiatur quoque pro Summa ſimili probationum Proceſſus Actorumque nempe per Teſtes Examinatos factarum ante Publicationem teſte *Salluſt. Tiber. in prax. lib. 2. Cap. 14. n. 6., Ridolph. in prax. par. 1. Cap. 11. n. 135., Scannarol. de Viſitat. Carcerator. in Appendic. §. 2. Cap. 6. n. 1., Paleol. de Judic. Offic. n. 432. & in Appendid. Reſcript. 4. n. 1. ad n. 25. tom. 1., & Rot. deciſ. 154. n. 3. tom. 1. par. 4. recent.*, Nihilominus Summarium aliud ſcilicet Secundarium, a Tribunalibus præfatis Defenſoribuſque omnibus, accipitur pro Summa ſimili probationum quarumcumque quocumque tempore datarum Judici in calce Allegationis ad juſtificandam narrationem, exemplo extante pro Litibus Civilibus apud eumdem *Ridolph. in prax. par. 3. cap. 5. n. 108. ad n. 112. & n. 128. ad n. 129. & Ubert. de Mod. & Ration. Citand. in Append. de Inſtruct. Agent. Rom. Cur. n. 15. & n. 37.* ibi: *Expletis per Cauſæ Patronum & Advocatos Scripturis in Facto & Iure & Deſignato Summario Scripturarum, quæ dantur pro verificatiome narratorum & juſtificatione Facti, Agens eas Scriptori tradit &c. Et interim fiunt Citationes judiciales in Officio maximevero citatio ad dicendum contra jura, ne Pars Adverſa Proceſſum & ommia, quæ adducuntur in Summario ignoraſſe deducat*:, exemploque extante pro Cauſis Criminalibus apud eumdem *Paleol. in prax. Succ. cap. 7. n. 1. ad n. 17.* ibi: *Summarium eſt Copia aliquorum Documentorum & actorum ſubſtantialium data Judici in calce Allegationis deſignata ſub diverſis numeris ſecundum diverſitatem materiarum &c.*: Quod Summarium Secundarium ad differentiam Summarii Primarii taxatur in juliis tribus pro quolibet numero ratione apoſtillarum in margine additarum, tum occaſio-

occaſione LitisCivilis prout in Cauſa *RomanaHonorarii die* 22.*Maii* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Canonicum F. A. per acta Martorelli Notarii AC.*, tumque occaſione Cauſæ Criminalis prout in Cauſa *Romana Honorarii die* 31. *Martii ad diem* 2. *Junii* 1756. *Pro Defenſore M. A. P. contra Clientem I. B. per acta Martorelli Notarii AC.* ibi : *Summarium in numeris tribuſdecim , cum ad rationem juliorum trium pro unoquoque valutetur , poſui pro ſcutis tribus juliiſque novem .*

27. Votum Congreſſuſque Veritatis ſuper Reſtrictu Summarioque fieri ſolitum , juxta formulam penes *Paleol. in prax. Succint. Cap.* 10. *n.* 1. *ad n.*122., poteſt conſiderari a Juriſperitis adinſtar Tertiæ Operationis intellectus nuncupatæ Diſcurſus a Philoſophis ex *L. juri* 1. §. *cujus* 1. *ff. de juſtit. & jur.* ibi : *Veram niſi fallor Philoſophiam* : , Taxaturque Votum ſine Congreſſu occaſione Cauſæ Criminalis in juliis quadragintaocto, non ſolum propter rationem allegatam in numero decimoſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti utpote Taxatum Occaſione Litis Civilis in juliis vigintiquatuor per *Ubert. de Mod. & Ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 34. ibi : *Facto Summario , Procurator facit Diſcurſum pro directione Cauſæ dicens , quid ſentit tam pro quam contra Cauſam , Tangens omnes difficultates , & quomodo illis occurri poſſit ; Pro quo Diſcurſu & pro aliis Scripturis dantur vigintiquatuor julii ; Et hic Diſcurſus datur in Copia Dominis Advocatis , qui illum conſiderant , & ſimilem Diſcurſum faciunt , Recipientes ſinguli vigintiquatuor julios* : , ſed etiam propter rationem allegatam reſpectu dupli exigui reputati etiam Taxati occaſione Litis Civilis in juliis quadragintaocto a *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 47. ibi : *Si vero ſint Conſilia vel Diſcurſus pro veritate vel pro directione cauſæ , quæ inſtituta vel inſtituenda ſit ; Tunc Honorarium eſt Duplicatum ; Quoniam licet etiam ſit exiguum , attamen intrat eadem ratio Compenſationis cum futuro Cauſæ progreſſu ; Ubi vero agitur de Conſiliis extra Curiam in Cauſis , in quibus non intret dicta ratio compenſationis ; Tunc debet eſſe majus & minus pro Cauſarum qualitate atque requirentium Diſcretionem*:Quatenus ſit etiam Votum Arbitramentale ſic nuncupatum a *Card. de Luc. De Feud. diſc.* 108. *n.* 1. *ad n.*48., Taxatur quoque Honorarium pro quolibet Capite Voti iſtiuſmodi ex *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *cap.* 8.*n.* 29.,videlicet ex æquitate præciſo rigore , in juliis vigintiquatuor pro ſingulis Capitibus juxta exemplum in Cauſa *Romana Honorarii die* 8. *Maii* 1764. *Pro Compromiſſario* M. *A. P. contra Compromittentes I. Z. & A. B. per acta* Pulcii *Notarii AC.*

28. Congreſſus ſuper Voto fieri ſolitus juxta ſtylum penes *Ubert. de Mod. & Rotion. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 34. *& n.* 52., *& Paleol. in prax. Succinct. Cap.* 10. *n.* 1. teſtificatum etiam a Sex Defenſoribus in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore* M. A. *P. contra Comitem* T. *L. per acta Bottelli Notarii Gubernii* ibi : *Debba andare ſotto gl' occhi d'altri Profeſſori per unirſi quindi in Congreſſo ad aver ragione nel medeſimo de' meriti della Cauſa* : , poteſt conſiderari a Juriſperitis modernis adinſtar Quartæ Operationis intel-

intellectus nuncupatæ Methodi a Philosophis Modernis ex *L. juri* 1. §. *cujus* 1. *ff. de justit. & jur.* ibi : *Veram nisi fallor Philosophiam* :, Taxaturque occasione Causæ Criminalis, quo tamen ad Defensorem unum Scribentem in Facto & in Jure, in juliis quadragintaocto ex ratione sæpe repetita, quo vero ad Defensores alios Scribentes in jure non in Facto in juliis vigintiquatuor ex Taxa in Causa *Romana Honorarii die* 31. *Martii ad diem* 2. *Junii* 1756. *Pro Defensore* M. A. P. *contra Clientem I. B. per acta Martorelli Notarii* AC. ibi: *Pro Congressu habito scuta duo juliique quatuor*: unisone ad Taxam testificatam occasione Litis Civilis ab *Ubert. de Mod. & Ration. Citand. in* Appendic. *de Instruction. Agent. Rom. Cur. n.* 34. ibi : *Quibus expletis & omnibus hinc inde communicatis, intimatur Congregatio, & per una omnes coeuntes* Modus *in Causa procedendi firmatur &c. Omnibus autem tam Procuratori in Facto quam* Advocatis *in Jure*, Alii *vigintiquatuor julii singulis dantur, pro Interventu & Verbali Discursu in Congregatione* : observandam etiam in Casu Defensorum Accersitorum in Congressu Verbali sine Voto Scripto ex rationè summa *Ursay. in Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 87., *Tiraquell. de Nobilit. Cap.* 29. *n.* 22. *ad n.* 35., *Zacch. de Salar. quæst.* 52. *n.* 33. *ad n.* 36., *Guazzin. Jun. ad Defens. Animar. lib.* 1. *Defens.* 2. *cap.* 4. *n.* 22., & *Raynald. in Observat. Crim. Can. Civil. &* Mixt. *cap.* 19. §. 2. *ad* 3. *n.* 36. *ad n.* 39. *tom.* 2. Quandoque Congressus similes etiam fieri solent coram Locumtenente Causarum Criminalium pro Concordatione Restrictuum Facti ante Restrictus Juris cum Taxa extrajudiciali inferius expressa sub numero trigesimoseptimo ex Causa *Hydruntina seu Lycienſi Censurarum die* 20. *Novembris* 1765. *inter Capitulum Turchiaroli & Capitulum Squintiani per acta Monti Notarii* AC.

29. Allegatio Responsio Replicatio Memorialeque, juxta formulam cum norma respective penes *Paleol. in prax. Succinct. cap.* 6. *n.* 1. *ad n.* 27. *cap.* 8. *n.* 1. *ad n.* 4. *& cap.* 9. *n.* 1. *ad n.* 5. *& Rot. decis.* 43. *n.* 12. *ad n.* 13. *& decis.* 98. *n.* 17. *ad n.* 21. *post Zacch. de Salar. & decis.* 744. *n.* 13. *ad n.* 14. *tom.* 3. *par.* 4. *reeent.*, inducit minus dispendium Clientibus propter truncationem Informationum in voce plurium alias requisitarum ad suadendos Judices ex *Rot. decis.* 213. *n.* 1. *tom.* 4. *coram Crescentio*, Taxaturque occasione Causæ Criminalis in Duplicata quantitate Taxata occasione Litis Civilis ex Testimonio perhibito a Sex Defensoribus in Causa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defensore* M. A. P. *contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii*. Verum quoniam Quantitas isthæc Duplicata semper regulatur intra vires rationis allegatæ in numero decimoseptimo præcedentis Paragraphi Quarti cum Re judicata inibi exposita de Causa *Romana Honorarii die* 31. *Martii ad diem* 2. *Junii* 1756. *Pro Defensore* M. A. P. *contra Clientem I. B. per acta Martorelli Notarii* AC. Ideoque Allegatio Facti & Juris Taxatur in juliis quadragintaocto pro uno Defensore Criminali super uno Capitulo seu Articulo utpote Taxata in juliis quadragintaocto pro duobus Defensoribus Civilibus super uno Capitulo seu Dubio per *Ubert. de*

Mod.

Mod. & Ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n. 36. vel in juliis vigintiquatuor pro uno Defenſore Scribente in Facto atque in juliis vigintiquatuor pro altero Defenſore Scribente in jure ſeparatim ex *Conſtantin. ad Statut. Urb. Annot.* 63. *Artic.* 1. *n.* 30. *tom.* 2. *& Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *Cap.* 31. *n.* 22. *& n.* 36. Quotidie tamen retento uſu quidem ſolvendi ſcuta duo julioſque quatuor Soli Procuratori pro antecedenti Relatione Facti ad Jus reaptanda ab Advocato, retinetur uſus quoque ſolvendi ſcuta quatuor julioſque octo Soli Advocato pro accedente Reſtrictu Facti & Juris reaptante Relationem Procuratoris, interdum ob utilitatem Cauſæ, interdumque ob voluntatem Clientis, notatam in numero ſeptimo præantecedentis Paragraphi Secundi ſignanter cum *Urſay. in Inſtit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 39. Quidcquid autem ſit de provide rejecto abuſu penitus Taxæ Ridiculæ ſcutorum ſex ſeptem octove pro ſingulo Folio impreſſo, utpote aptæ, non Capitulo elaborato, ſed Chartæ impreſſæ, ſeu Originali Scripturæ, ſive Copiæ Amanuenſis, exemplo tali extante in Cauſa Parmenſi indicata a *Paleol. in prax. Succinct. Prælud. n.* 39. *ad n.* 43.

30. Augetur Taxa juliorum vigintiquatuor Allegationis non raro quoad unumquemque Defenſorem ſive ſcribentem in Facto ſive ſcribentem in Jure, conſideratis quinque circumſtantiis ſuperius enucleatis in fine præantecedentis Paragraphi Tertii confirmatiſque in numero ſeptimo inque numero decimo præcedentis Paragraphi Quarti ad interpretationem L. *Præſes Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. *ff. de var. & extraordinar. cognit.*, Nimirum uſque ad ſummam juliorum triginta ſeu duorum ſcutorum auri coram quocumque Judice ex teſtimonio *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 47. ibi: *Et aliquando pro Cauſarum vel Clientum aliqua magis conſpicua qualitate, augeri ſolet uſque ad ſummam juliorum triginta ſive duorum ſcutorum auri*: atque uſque ad ſummam ſcutorum duorum trium vel quatuor auri coram Signatura quoque ex teſtimonio *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 14. ibi: *Procurator facit Scripturam in Facto adducens omnes rationes, ob quas Commiſſio ſignanda videtur & ſine Clauſulis præjudicialibus; Et pro Scriptura ſolvuntur julii vigintiquatuor & totidem Advocatis, ſi adhibentur ad ſcribendum &c. Et ſi negocium ſit longum Scripturæ multæ & prolixæ, ſolent etiam dari Cauſæ Patrono & Advocatis duo ſcuta aurea vel plus ad menſuram laboris; Ut eſſet aliquod regale ſeu munus valoris trium vel quatuor ſcutorum*: Præterea augumentum Taxæ juliorum viginti quatuor Allegationis etiam de Stylo obſervatur, non ſolum ob totidem julios ſolvendos uni Defenſori dumtaxat Allegationem ſubſcribenti pro Defenſore occulte ſcribente, ſed etiam obtotidem julios ſolvendos ſingulis Defenſoribus dumtaxat Allegationem ſubſcribentibus cum Defenſore palam ſcribente, ex ſumma ratione notata in fine præcedentis numeri vigeſimioctavi ſignanter cum *Urſay. in Inſtit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 87.

31. Augumentum Taxæ juliorum vigintiquatuor ſtabilitum paulo

ante quoad unumquemque Defensorem sive scribentem in Facto sive scribentem in Jure coram quocumque Judice & Signatura quoque occasione Litis Civilis, militat occasione Causæ Criminalis coram quocumque Judice & Signatura quoque juxta rationem allegatam in numero duodecimo præsentis Paragraphi Quinti cum Testimonio indistincto sex Defensorum in Causa *Romana Honorarii die 4. Decembris* 1764. *Pro Defensore M.A.P. contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii*. Tum quia Signatura Plena hodie in Causis Criminalibus Appellationis restricta ad solum Auditorem Signaturæ Papæque in *Constit. ad Coercenda* §. 13. *P. P. Benedicti XIV.*, *& Paleol. de Judic. Offic. Corollar.* 3. *n.* 3404. *ad n.* 3433. *tom.* 1., admittit pariter adinstar Litium Civilium attento labore ipsissimo non minus Defensorem unicum loco Defensorum Duorum ac Defensores Duos unum Advocatum alterumque Procuratorem, ad Scribendum in Facto inque Jure cum Taxa solita, exemplo extante recentissimo in Causa *Potentina Appellationis die* 22. *Novembris* 1763. *Pro Promotore Fiscali Ecclesiastico contra Canonicum I.C. per acta Monti Notarii AC.* Tum quia Signatura Plena hodie in Causis Criminalibus Incidentium reducta ad Plenam Congregationem Capitis Tribunalis per *Constit. ad Coercenda* §. 13. *P. P. Benedicti XIV. & Paleol. de Judic. Offic. Cons.* 29. *n.* 1. *ad n.* 167. *tom.* 2., admittit pariter adinstar Litium Civilium attento labore ipsissimo non minus Defensores duos unum Advocatum alterumque Procuratorem ac Defensorem unicum loco Duorum, ad Scribendum in Facto inque Jure cum Taxa Duplicata, exemplo extante recentissimo in Causa *Tridentina Expensarum die* 17. *Decembris* 1762. *Pro Promotore Fiscali Ecclesiastico contra Sacerdotem I. P. A. per acta Monti Notarii AC.*

32. Responsio facienda Allegationi contrariæ reputatur difficilis, propter confutationem arctissimam motivorum exadverso adductorum in omnibus minutiis repente momentaneeque faciendam ad expellenda æquivoca latentia adinstar anguis in herba ex *Paleol. in prax. Succinct. cap.* 8. *n.* 1. *ad n.* 4. Taxaturque in juliis quadraginctaocto occasione Causæ Criminalis favore Defensoris unici scribentis in Facto inque Jure simul, utpote Taxata in juliis quadragintaocto occasione Litis Civilis favore Defensorum duorum scribentium in Facto inque Jure separatim ex summa præcise stabilita sic per *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Instruction. Agent. Rom. Cur. n.* 40. ibi: *Procurator & Advocati ab Informatione redeuntes, Scripturis Adversariorum & Dubiis Prælatorum, quæ in Informando audiverunt, Respondent; Quæ Responsiones de mane sequenti distribuuntur, & solent dari vigintiquatuor julii singulis*:, Cum argumento augmentoque etiam pauloante adnotato de Allegatione Facti Jurisque a numero trigesimo ad numerum trigesimumprimum ex ratione *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.* 46. *n.* 17. *& n.* 47.

33. Replicatio facienda Responsioni Adversarii, cum reputetur facilis in casu Responsionis Clientis pleniter tractatæ super cunctis ex *Paleol. in prax. succinct. cap.* 9. *n.* 1. *ad n.* 5., Taxari potest in juliis vigintiquatuor occasione Causæ Criminalis, etiamsi Taxata in juliis vigintiquatuor

occaſione Litis Civilis, cum argumento augumentoque etiam paulo ante adaptato pro Reſponſione in numero trigeſimoſecundo ex *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 46. *n.* 47. Quatenuſque autem quis prætendat etiam pro Replicatione occaſione Cauſæ Criminalis duplicatam quantitatem Litis Civilis, propter rationem allegatam in numero decimoſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti uniſone ad Sententian ſex Defenſorum in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M. A. P. contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii*; Conſtituitur adhuc in ſumma juliorum vigintiquatuor Taxata ut ſupra pro Replicatione occaſione Cauſæ Criminalis Duplicata quantitas Litis Civilis ad formam prædictæ rationis & ſententiæ, conſiderato labore Replicationis minore Labore Reſponſionis inconſiderate Taxato a Cardinali de Luca conſiderateque Taxato ab Expertiſſimo Authore Gratioſo *Vbert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 40. ibi: *Pro Replicatione dantur Julii duodecim*.

34. Memoriale quodcumque ſemper notificandum eſt tamen Parti intereſſe habenti, vel cum Communicatione in Contradictoriis, vel cum Citatione juxta Conſuetum, ex *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.* 21. *n.* 15. *tom.* 2., *Rot. deciſ.* 80. *n.* 1. *tom.* 1. *par.* 4. *recent.* Quatenus Memoriale iſtiuſmodi occaſione Litis Civilis porrigatur, puta, Pontifici Summo ad effectum obtinendi licentiam exequutionis Mandati diebus feſtivis & horis nocturnis iuxta formulam cum actis traditam a *Paleol. de Judic. Offic. n.* 3103. *tom.* 1., vel Præfectomet Signaturæ ad effectum obtinendi licentiam reditus ad Signaturam Plenam non obſtante Reſcripto prohibitorio juxta formulam cum actis traditam a *Paleol. de Judic. Offic. n.* 2444. *tom.* 1., vel Auditorio Rotæ ad effectum Concordandi Dubium Differendi Reſolutionem Reaſſumendi Scripturas Expediendive Cauſam juxta expoſitionem cum cæteris factam ab *Vbert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 36. *n.* 47. *& n.* 54., Taxatur regulariter in juliis duodecim ex eodem *Vbert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 36. *n.* 47. *& n.* 54., Dummodo tamen non videatur augeri Taxa uſquè ad ſummam juliorum vigintiquatuor ſingulis Defenſoribus pro Memoriali idgenus utpote pleniter juxta Factum Juſque reperto confecto per Advocatum Procuratoremque ex urgenti negocio exque vi contraria ad tradita in terminis Memorialis Concordationis Dubii in Rota per *Vbert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 36. Ita quoque obſervatur pro Memoriali dato in Audientia Judicis Ordinarii Civilis, ſumma ſtabilita juliorum duodecim interdum aucta in caſu Plenæ Diſcuſſionis uſque ad ſummam juliorum vigintiquatuor, exemplo extante in Cauſa *Romana Mercedis die* 11. *Septembris* 1764. *Pro Artifice B. B. contra Sacerdotem N. M. per acta Pulcij Notarii AC.* nunquam ſiquidem ſumma iſta pro Memoriali facto ad effectum expediendi Inhibitiones ultra Montes ſervata utpote vix ſoluta juliorum ſex a Cliente, ex *Conſtit. ad Militantis* §. 33. & §. 36. *P. P. Benedicti XIV.*

35. Oc-

35. Occaſione Cauſæ Criminalis autem, præſcindendo a Taxa juliorum triginta obſervata pro unoquoque Memoriali in Parmenſi indicata a *Paleol. in prax. ſuccinct. prælud. n.*42., Anonymum Memoriale porrigitur ad Superiorem quemcumque præſumendum regulariter tamen Calumnioſum ex *Paleol. de Judic. Offic. n.* 3459. *tom.*1. puniendumque in caſu verificatæ calumniæ cum Authore Triremibus ex *Raynald. in Obſervat. Crim. Can. Civil. & Mixt. cap.*19. *n.* 114. *tom.* 2. Alterumque Memoriale porrigitur ad Pontificem Summum favore Rei Homicidii peteutis Gratiam remiſſum frequenter Judicibus ſed fruſtra ex *Paleol. de Judic. Offic. in Acceſſion. Vot.*1. *n.*57. *ad n.*58. *tom.*1. Aliudque Memoriale porrigitur ad Præfectummet Signaturæ cum Facto Veritatis petente Juſtitiam juxta caſum Oppreſſionis Inquiſiti apud *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.*20. *n.*1. *ad n.*40. *tom.*2. Aliudque Memoriale porrigitur ad Auditorem Cameræ Conjudiceſque Congregationis pro ſollicita confectione Reſtrictus imperanda Relatori cum Reſcripro ſequenti in Cauſa *Pinnen. Appellationis die* 20. *Aprilis* 1761. *Pro Sacerdote P. P. contra Promotorem Fiſcalem Eccleſiaſticum per acta Lancioni Notarii AC.* ibi: *Solleciti la Cauſa dell' Oratore , affinchè ſia propoſta onninamente nella prima Congregazione* :, ſalva pœna privationis Salarii per tres ſaltem menſes ex *Conſtit. Juſtitiæ gladium* §.2. *& Conſtit. ad Coercenda* §.28. P.P. *Benedicti XIV.*, Taxaturque Memoriale unumquodque iſtorum ſingulatim ſaltem in juliis vigintiquatuor ex ratione ſex Defenſorum in Cauſa *Romana Honorarii die* 4. *Decembris* 1764. *Pro Defenſore M.* A. P. *contra Comitem T. L. per acta Bottelli Notarii Gubernii* ., Dummodo tamen non videatur Taxa augeri uſque ad ſummam juliorum quadraginta octo uni Defenſori prò Memoriali aliquo forſan vigoroſe juxta Factum Juſque reperto confecto adinſtar Advocati Procuratoriſque ex urgenti negocio exque vi contraria ad adeundam Congregationem Plenam, exemplo extante in Cauſa *Pinnen. Appellationis die* 18. *Maii* 1761. *Pro Sacerdote* P. P. *contra Promotorem Fiſcalem Eccleſiaſticum per acta Lancioni Notarii* AC., Ita quoque obſervatur Pro Memoriali dato in Audientia Judicis Ordinarii Criminalis, ſumma ſtabilita juliorum vigintiquatuor congrue aucta in caſu Plenæ Diſcuſſionis uſque ad ſummam juliorum quadragintaocto, exemplo extante in Cauſa *Tridentina Expenſarum die* 17. *Decembris* 1762. *Pro Promotore Fiſcali Eccleſiaſtico contra Sacerdotem I.P.A. per acta Monti Notarii AC.* non ſecus ac pro Memoriali porrecto ad effectum obtinendi Reſcriptum Spontaneæ Cònſtitutionis cum Habilitatione prohibita ex *Conſtit. ad Coercenda* §.16. *ad* §.25. P.P. *Benedicti XIV.*

36. Informatio in voce, reaſſumpto principio tradito ſub numero decimoprimo decimoſecundoque tradendoque ſub numero quadrageſimoſecundo, fit bifariam, vel coram Judice nuncupato Perito Juris, vel coram Perito nuncupato Judice Facti, ex *Ridolph. in prax. par.*1. *cap.*8. *n.*13. *& par.*3. *cap.*5. *n.*105. *ad n.*132. *&* Rot. *deciſ.* 554. *n.* 1. *ad n.*2. *par.*2. *recent.* ſervata regula expoſitionis tradita a *Paleol. in prax. ſuccinct. cap.*1. *n.*4. *ad n.*7., Taxaturque peracta ſuper Scriptura Facti Juriſque

risque de una causa pro uno die coram Judice vel uno vel multiplicĩ nuncupato Perito Juris, propter rationem allegatam in numero decimoseptimo præcedentis Paragraphi Quarti, in juliis quadragintaocto dandis integre unico Defensori gerenti munus Advocati Procuratorisque simul occasione Causæ Criminalis, dividendisque inter duplicem Defensorem gerentem vices Advocati Procuratorisque occasione Litis Civilis separatim ex *Vrsay. in Instit. Crim. lib.2. tit.* 10. *n.*88., *Vbert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Instruction. Agent. Rom. Cur. n.*16. *& n.*36., *Constantin. ad Statut. Vrb. Annot.*63. *artic.*1. *n.*30. *tom.*2., & *Rot. decis.*98. *n.*17. *ad n.*21. *post Zacch. de Salar. & decis.* 744. *n.*13. *ad n.*14. *tom.*3. *par.*4. *recent.* interdumque in scutis duodecim vel octo scutis aureis occasione Causæ Criminalis dandis integre unico Defensori utsupra, inque scutis sex vel quatuor scutis aureis occasione Litis Civilis dividendis inter Duplicem Defensorem utsupra, in casu admittendi opinionem *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.*46. *n.*17. *& n.*47. Sicutique ergo pro una Causa multiplici obtinet multiplicem Taxam juliorum quadragintaocto Duplex Defensor Civilis ut supra, faciens Informationem in voce, puta, uno die coram Votantibus Signaturæ in Domo, alteroque die coram Ponente Signaturæ in Domo, juxta stylum penes *Paleol. de Judic. Offic. n.*2226. *ad n.*2227. *tom.*1. Ita etiam pro una Causa die multiplici obtinet multiplicem Taxam juliorum quadragintaocto Unicus Defensor Criminalis utsupra, faciens Informationem in voce, puta, uno die coram Relatore Aliisque in Domo, alteroque die coram Congregatione Plena in Tribunali juxta stylum penes *Paleol. de Judic. Offic. n.*4443. *ad n.*4456. *tom.*1., exemplo simili extante etiam juxta opinionem Cardinalis de Luca in Causa Parmensi indicata a *Paleol. in prax. succinct. prælud. n.*52. ibi: *Pro Informatione in voce Eminentissimis & Reverendissimis Dominis Cardinalibus Sacræ Congregationis, scuta duodecim &c. Pro Pluribus Informationibus in voce Excellentissimo Domino Relatori, scuta duodecim &c.*

37. Coram Perito vel uno vel multiplici nuncupato Judice Facti propter rationem allegatam in numero decimoseptimo præcedentis Paragraphi Quarti, Taxatur Informatio in voce peracta super Recognitione Corporis Delicti de una Causa pro uno die in juliis vigintiquatuor, dandis unico Defensori Criminali juxta casum in Causa *Romana Tentati Stupri Immaturi seu Mastuprationis die* 27. *Septembris* 1753. *Pro Querelato I. A. contra Querelantem D. G. per acta Charitatis Notarii Gubernii*, dimidiandisque unico Defensori Civili pro Informatione in voce peracta super Recognitione certæ differentiæ de una Causa pro uno die, juxta casum in Causa *Interamnensi Liberationis a Molestiis super liquidatione die* 11. *Septembris* 1764. *Pro Nobili D. M. contra Comitem P. F. per acta Jacobutii Notarii AC.* Quod principium observatum reperitur etiam in Concordatione non Juris sed Facti contingente, etsi raro occasione Litis Civilis sed quotidie occasione Causæ Criminalis, puta, super Restrictu Relatoris cum Restrictu Defensoris, de ordine Congregationis Plenæ concordandis

apud Locumtenentem utpote ſpecialem inſpectorem Reſtrictuum Deputatum a Papa in *Conſtit. ad Coercenda* §. 12. *P. P. Benedicti XIV.* ibi : *Ancor' Egli dovrà reſtar debitore dell' integritàe ſincerità de' medeſimi, e perciò ſarà tenuto ancor eſſo ſottoſcriverli ed approvarli di proprio ſuo pugno* : exemplo ſimili extante cum fælici exitu favore Reſtrictus Defenſoris contra Reſtrictum Relatoris in Cauſa *Sabinen. Spontaneæ Conſtitutionis die* 3. *Martii ad diem* 14. *Decembris* 1760. *& die* 16. *Martii ad diem* 29. *Maii* 1761. *Pro Archipresbytero E.B. contra Promotorem Fiſcalem Eccleſiaſticum per acta Monti Notarii AC.* Quamvis Honorarium augendum videatur adinſtar Honorarii Inſtructionum Congreſſuumque occaſione Concordationis non Juris ſed Facti contingendæ duræ ſuper Reſtrictu Relatoris, jam concordato ab una Parte cum Reſtrictu ſuo, inſuperque contradicto ab altera Parte cum Reſtrictu ſuo, prius in voce poſteriuſque in ſcripto, coram Locumtenente juxta Taxam extrajudicialem in Cauſa *Hydruntina ſeu Lycienſi Cenſurarum die* 20. *Novembris* 1765. *inter Capitulum Turchiaroli & Capitulum Squintiani per acta Monti Notarii AC.*

38. Sententiæ Cedula Beneficialis Civilis Criminaliſque conficitur ex pluribus Capitibus interdum, juxta formulas apud *Paleol. de Judic. Offic. n.*1646. *n.*1666. *n.*2110. *n.*2111. *n.*2112. *n.*2544. *n.*2950. *n.*2951. *n.*2952. *n.*2953. *n.*3404. *n.*4565. *n.*4566. *n.*4567. *& n.*4568. *tom.*1. ſervata norma *Scacc. de Sent. & Re judic. Gloſſ.*1. *ad Gloſſ.*18., Taxaturque pro unoquoque Capite, propter rationem allegatam in numero decimoſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti, in juliis vigintiquatuor occaſione Cauſæ Criminalis, utpote Taxata in juliis duodecim occaſione Litis Civilis, teſte *Vbert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*55. ibi : *Tunc ſi Rota expeditioni conſentit, Citatur Pars ad Sententiam, & fit a Procuratore Cedula, Pro qua dantur julii duodecim.*

39. Appellationis Interpoſitio Beneficialis Civilis Criminaliſque conficitur ex variis gravaminibus juxta formas apud *Paleol. in prax. ſuccinct. Cap.*10. *n.*7. *ad n.*93. *de Judic. Offic. n.*1648. *ad n.*1649. *n.*1712. *ad n.*1714. *n.*1759. *ad n.*1762. *n.*1763. *ad n.*1769. *n.*3404. *n.*4574. *n.*4666. *& n.*4869. *tom.*1., *& Conſ.*20. *n.*1. *ad n.*40. *tom.*2., ſervata norma *Scacc. de Appel. lat. quæſt.*1. *ad quæſt.*20., Taxaturque pro quocumque gravamine, propter rationem allegatam in numero decimoſeptimo præcedentis Paragraphi Quarti in juliis vigintiquatuor occaſione Cauſæ Criminalis utpote Taxata in juliis duodecim occaſione Litis Civilis, teſte *Vbert. de mod. & ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*58. *ad n.*60. ibi : *Appellatio in Rota ſemper fit in ſcriptis a Procuratore, Cui ſolvuntur Julii duodecim.*

40. Res judicata cum Refectione Expenſarum inde obtinenda, poſt interpoſitam Appellationem, bis de jure communi ex *Vber. de mod. & ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*60., ſemelque de jure municipali ex *Statut. Vrb. lib.*1. *Cap.*178. *ſeu Cap.*180., occaſione Litis Civilis, ſecus occaſione Cauſæ Criminalis ex *Farinac.*

*Conſ.*177. *n.*54. *lib.*2., Taxatur modo ſupradicto quoad ſingulas Functiones Defenſorum, utpote eaſdem contingentes in priori ulteriorique inſtantia, etiam teſte *Vbert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.*61. *ad n.*69., Quæ Functiones, etſi pluries in una eademque Cauſa repetitæ, attamen Taxantur etiam pluries modo ſupradicto, juxta exemplum Propoſitionis Cauſæ quinquies in Signatura undecies in Rota relatum ab *Vbert. de mod. & ration. Citand. in Appendic. de Inſtruct. Agent.* Rom. Cur. *n.*73. *ad n.*77. ibi: *In una Romana Domus, cum una Pars eſſet valde pertinax, quinquies recurſum habuit ad Signaturam ſuper eiſdem, quæ ſemper in Deciſis Stetit &c. In una Gerundenſi Sacriſtiæ, undecies propoſita fuit, antequam Deciſio prima exiret &c. Non per hoc debent Principales deterreri, quia hujuſmodi Caſus non ſunt Ordinarii.*

41. PRO SOLO UNO CAPITULO TANTUM (ADVERTE DEFENSOR AMICE) TOTIUS CAUSÆ VALENT SUPRADICTÆ PARTITÆ juxta monitum ſub numero ſecundo ſuadens etiam, quod Expenſæ cum Functionibus ſimul cumulatæ in Computo inibi indito Taxentur contextualiter favore Defenſorum contra Clientes, per verificationem quidem factam, vel ex Libris Officii, vel ex Scripturis Poſitionis, vel ex Receputis neceſſariis, vel ex Veriſimilitudinibus opportunis, vel ex Cæteris firmatis a *Rot. deciſ.*43. *n.*1. *ad n.*13. *deciſ.*52. *n.*6. *deciſ.*53. *n.*4. *ad n.*7. *deciſ.*97. *n.*9. *deciſ.*128. *n.*3. *poſt Zacch. de Salar. & deciſ.*283. *n.*1. *par.*1. *recent.* Quatenuſque opus ſit, verificatio prædicta fieri poteſt etiam ex Cauthela Captioſa, conſiſtente in Epiſtola a Defenſoribus miſſa Clientibus vigore L. *ſi filiusfamilias* 16. *la prima ff. ad Senatuſconſ. Macedonian.* propoſita cunctis per *Menoch. de arbitrar. judic. lib.*2. *cent.*1. *Caſ.*2. *n.*1. *ad n.*6. approbataque etiam apud *Rot. deciſ.*150. *n.*5. *ad n.*7. *poſt Zacch. de Salar.* Quia ſi Clientes occaſione Litis Civilis ſed ſecurius ſemper occaſione Cauſæ Criminalis, ſciant ſeſe obtinere ab Adverſariis Refectionem Expenſarum cum Functionibus Defenſorum ex rationibus præallegatis in præantecedenti Paragrapho primo a numero ſecundo ad numerum octavum fortificatis punctualiſſime etiam a Rot. *deciſ.* 221. *n.*1. *ad n.*35. *par.*16. *recent.* uniſone ad nuperrimum Caſum Taxationis Expenſarum cum Functionibus in Cauſa *Termulen. Stupri die* 1. *Decembris* 1764. *Pro Archipreshytero P. M. contra Adhærentes Fiſci Epiſcopalis per acta Martorelli Notarii* AC., Defenſores poſſunt rigoroſius obtinere Taxationem Expenſarum cum Functionibus contra Clientes ex Rot. *deciſ.*87. *n.*11. *ad n.*13. *& deciſ.*120. *n.*1. *ad n.*15. *poſt Zacch. de Salar.* cum prælatione Cauſæ Criminalis reſpectu Litis Civilis ex *Card. de Luc. de Credit. diſc.*158. *n.*1. *ad n.*9., coram Judice quocumque de Stylo Urbis vel coram Judice Cauſæ de Jure ex *Carleval. de Judic. tit.*1. *diſp.*2. *quæſt.*4. *n.*175. *ad n.*183. *tom.*1., prævia Citatione de Stylo Urbis ſineque Citatione de aſſertione Doctrinali *Barboſ. de Offic. & poteſtat. Epiſcop. par.*3. *Allegat.*79. *n.*39.; interdum augendum uſque ad dolorem Defenſoris amittentis Cauſam Litemve, reſpectu tamen Functionum ex *Tiraquell.*

quell. de Nobilit. Cap.29. n.55., & Zacch. de Salar. quæſt.52. n.64. ad n.65., interdumque augendam uſque ad deſiderium Defenſoris operantis intra extraque Urbem Suburbium, reſpectu tamen Expenſarum ex *L. ſed & hæ perſonæ 35. §. non ſolum 2. ff. de Procuratorib., & Defenſorib.*, L. *Sancimus 6. la prima C. de Advocat. Diverſor. judicior.*, *Gloſſ. in Cap. Paſtoralis 38. verb. renitentem de Offic. Judic. Delegat. & Menoch. de Arbitrar. judic. lib.2. Cent.6. Caſ.565. n.1. ad n.3.*, ſalva tamen exceptione Clientum contra actionem Defenſorum præſcriptam ex *Conſtit. Decet Romanum* §. 3. P. *P. Innocentii XI.* conſtabilita autem apud *Card. de Luc. de Judic. diſc.6. n.25. ad n.30.*, contradictaque anticipate apud *Zacch. de Salar. quæſt.105. n.1. ad n.56.*

42. Defenſori itaque præter obligationem ſui muneris operanti intra Urbem Ampliſſimam extraque Urbem Suburbiumque ex ratione quoque ſuperius allegata ſub numero decimoprimo trigeſimoſextoque, debentur Expenſæ etiam ſubnectendæ, ultra Functiones ſupradictas, vel in pluribus ſcutis vel in paucis ſcutis aut diurnis aut menſtruis aut annuis, ut plurimum concordatis arbitrio ſignanter ponderato, juxta longiores brevioreſque excurſiones per L. *Mevia 13. §. Uxore 1. ff. de ann. legat. & fideicomm.*, & *Gloſſ. in* L. *ſed & hæ perſonæ 35. §. non ſolum 2. ff. de Procuratorib. & Defenſorib.* adinſtar Viaticorum ex *Statut. Urb. lib.3. cap.91.*, *Barboſ. in Cap. Statutum 11. n.1. ad n.99. de Reſcript. in 6.*, & *Card. de Luc. de Judic. diſc.24. n.3. ad n.6.* interdum minori Summa, puta, uſque ad ſcutum unum diurnum intra Suburbium ſcutumque binum diurnum extra Suburbium ex argumento Romandiolæ apud *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.1. cap.2. n.5. & n.18.* interdum majori ſumma, puta, uſque ad ſcutum binum diurnum obuloſque quinquaginta diurnos ultra Suburbium ex argumento Romæ apud *Rot. deciſ.46. n.6. ad n.8. poſt Zacch. de Salar.* interdum maxima Summa, puta, uſque ad Compenſationem diurnam lucrorum ceſſantium diurnorum in Studio magno ob abſentiam præjudicialem ex argumento regulæ apud *Zacch. de Salar. quæſt.52. n.32.* (Cum pretio ſemper adnexo Conductionis Currus etiam intra Urbem Ampliſſimam, ſignanter occaſione Informationis faciendæ Pluribus Judicibus ex conſuetudiue, per me uti viſa auditaque obſervari ſic ſemperque tempore meo, proindeque teſtificata adinſtar teſtimonii *Paul. de Caſtr. Conſ. 424. in fin. lib.2.*, forſan introducta ob regulam Vecturæ una cum Alimentis debitæ Defenſori unicuique Famuloque ſuo exeunti e domo ſua itineranti pro Cliente firmatam a *Guazzin. Jun. ad Defenſ. Animar. lib.1. Defenſ.2. Cap.4. n.18.*, *Zacch. de Salar. quæſt.17. n.7. & quæſt.23. n.9. ad n.12.*, & *Barboſ. de Offic & Poteſtat Epiſcop. par.3. Allegat.79. n.29.*) juxta ſimilitudinem unam Hominis habentis Emporium notatam a *Barboſ. in Cap. Statutum 11. n.94. ad n.99. de Reſcript. in 6.* juxta ſimilitudinem alteram Viri miſſi Adminiſtratoris notatam a *Rot. deciſ.127. n.1. ad n.22. poſt Zacch. de Salar.* juxtaque ſimilitudinem aliam Curialis Interpretis accedentis ad Domum Teſtis extra Officium Notarii exigendo duplum Honorarii ſtabiliti

in

in Reformatione cum verbis ſuis notata in ſubſequenti numero quinquageſimoquinto, ex *Conſtit. Decet Romanum* §. 4. *P. P. Innocentii XI.*

43. Juveni ſcribenti ſub Advocato vel Procuratore Merces pro extenſione Allegationis ſimiliſque Scripturæ Originalis in folium duabus columnellis plicatum quoad unumquodque medium folium ſcriptum unica columnella in unaquaque facie a Defenſore ſoluta, Taxatur ſibi rigoroſe ultra Functiones inter Expenſas repetenda a Cliente ut ſupra ex *Rot. deciſ.* 98. *n.* 17. *&* *n.* 19. *poſt Zacch. de Salar. & deciſ.* 744. *n.* 13. *ad n.* 14. *tom.* 3. *par.* 4. *recent.*, Scilicet ex Reformatione uſque ad julios decem Originalis Scripturæ extenſæ litteris majoribus per *Conſtit. decet Romanum* §. 3. *P. P. Innocentii XI.* utpote ampliantibus abuſive plurimas chartas Originalis Scripturæ extenſuræ Litteris minoribus, ſingulas ſolvi ſolitas uſque ad julium unum ex *Card. de Luc. de Judic. diſc.* 6. *n.* 26., *& Ubert. de Mod. & ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 7., Sed ex Conſuetudine uſque ad ſummam illam Originalis Scripturæ extenſæ Litteris Moderatis pro unoquoque folio per *Urſay. in Inſtit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 87., *&* *Conſtantin. ad Statut. Urb. Annot.* 63. *artic.* 1. *n.* 36. *ad n.* 43. *tom.* 2. Quamviſque occaſione Cauſæ Criminalis, inter pugnam Doctorum de Reformatione & Conſuetudine, valeat Originalis Scriptura Taxari tute in ſcuto uno pro quolibet folio manuſcripto inque ſcuto quintuplici pro uno folio impreſſo Characteris nuncupati Sylvii inferius explicandi ſub partita tractante de mercede Typographi, ſtantibus tamen Litteris non majuſculis ſed minuſculis quoad folium manuſcriptum ex concluſione palam indita a *Paleol. in prax. Succinct. prælud. n.* 42. approbata cum Peritia Rei judicatæ in Cauſa *Romana Honorarii die* 31. *Martii ad diem* 2. *Junii* 1756. *Pro Defenſore M. A. P. contra Clientem I. B. per acta Martorelli Notarii AC.*, Nihilominus conſenſu communi Cauſidicorum perplexorum adhuc inter uſum varium Reformationis & Conſuetudinis, videtur Originalis Scriptura Taxari tutius in juliis quinque pro quolibet folio Manuſcripto regulariter influentibus ſcutum triplex pro quolibet folio impreſſo, ex Cauſa Parmenſi indicata a *Paleol. in prax. Succinct. prælud. n.* 42. ibi: *Pro Originali Reſtrictus Facti & Juris impreſſorum foliorum quindecim, ſcuta quadraginta-quinque*: Quo in caſu etiam Taxantur Originales Libelli Judiciales Scripturæque ſimiles, ſive ab Advocato ſive a Procuratore Confectæ haud limitatæ in Reformatione, aſt ſolvendæ utpote breves, ſcilicet folii interdum duplicis ſimpliciſve, ſingulatim in julio uno pro quolibet folio utſupra, præter mercedem debitam ſeparatim Copiſtæ mox Taxandam, per *Ubert. de mod. & ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 7. *&* *n.* 8.

44. Copiſtæ ſic nuncupato apud Rotam inferius citandam, Merces pro tranſcriptione cujuſvis Scripturæ facta tam ab Originali quam a non Originali ſed a Defenſore ſoluta, Taxatur ultra Functiones ſibi inter Expenſas repetenda a Clieute utſupra ex *Rot. deciſ.* 98. *n.* 19. *poſt Zacch.*

Zacch. de Salar. & decis. 744. *n.* 13. *ad n.* 14. *tom.* 3. *par.* 4. *recent.* vel usque ad obulos tres pro qualibet pagina influentes summam obulorum duodecim pro quolibet folio juxta illam propositionem inferius declarandam ex *Rot. decis.* 43. *n.* 11. *post Zacch. de Salar.* ibi: *Quælibet pagina Scripturæ non probatur soluta Copistæ ad rationem obulorum trium*: vel usque ad obulos duos pro qualibet pagina influentes summam obulorum octo pro quolibet folio juxta verba illa prolata ab *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Instruction, Agent. Rom. Cur. n.* 28. ibi: *Bononeni duo pro singulis paginis solent persolvi*:, vel usque ad obulum unum pro qualibet pagina influentem quoque obulos octo pro quolibet folio juxta Causam Parmensem indicatam a *Paleol. in prax. Succinct. prælud. n.* 42. Verum cum verbum paginæ in Causa Parmensi italo idiomate exprimatur sub nomenclatura unius faciei juxta vulgatissimum *Calepin. in Dictionar. sept. Linguar. Litt. F. Syllab. Fac. verb. Facciata* ibi: *Facciata della carta, Pagina Paginæ*:, importat eamdem laxam idiomate latino firmatam ab Uberto ibidem cum verbo suo paginæ significante duplicem faciem juxta eumdem *Calepin. in Dictionar. Sept. Linguar. Litt. P. Syllab. Pag. verb. Pagina* ibi: *Pagina Paginæ, l'una e l'altra facciata della Carta*: attendendum quidem in decidendo sic punto isto ex *Ursay. in Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 24., *Card. de Luc. de Regalib. disc.* 97. *n.* 2., *de Franch. decis.* 662. *n.* 17., & *Rot. decis.* 291. *n.* 6. *par.* 6. *recent.* In dies autem observatur magis clara solutio mercedis istiusmodi Copistæ, scilicet in obulis octo pro quolibet folio quatuor Columnellis plicato quoad unumquodque medium folium scriptum triplici columnella in unaquaque facie, atque in obulis sex pro quolibet folio duabus columnellis plicato quoad unumquodque medium folium scriptum unica columnella in unaquaque facie, consentanee ad Resolutiones Sacræ Congregationis registratas apud *Ursay. in discept.* 7. *n.* 254. *ad n.* 261. *tom.* 2. *par.* 1. cum augumento ejusdem mercedis mox dicendo cum *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Instruction. Agent. Rom. Cur. n.* 8.

45. Scriptori huic pauloante Copistæ nuncupato, Merces pro transcriptione Scripturarum omnium, bene tamen non male confecta ex *Rot. decis.* 110. *n.* 6. *post Zacch. de Salar.* ibi: *Malefactum non venit in considerationem &c. Quamvis de rigore essent de novo facienda omnia Instrumenta &c.*:, Augetur a Defensore quoad prædictum pretium, in casu tamen transcriptionis repertæ factæ non Litteris ordinariis sed Litteris parvulis ex eodem *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Instruction. Agent. Rom. Cur. n.* 8. ibi: *Recepta ab Agente Copia, quæ dicitur Originalis, eam Scriptori tradit, ut eam in forma signandi transcribat; cui bononeni duo pro singulis paginis solent persolvi; Et litteræ sint Ordinariæ; Quod si sint parvulæ, ut de Commissione in forma signandi diximus, proportione ad Litteras ordinarias ipsi impartimur*; juxta exemplum prædictum auctionis obuli simplicis vel duplicis usque ad obulum triplicem pro qualibet pagina influentem utsupra obulos duodecim pro quolibet folio ex prælegata *Rot. decis.* 43. *n.* 11. *post Zacch. de Salar.* juxta-

que exemplum Extractuum reducendorum ad lineas vigintiquatuor compoſitas ex Syllabis duodecim in ſingulas paginas ex præcitato *Paleol. de Judic. Offic. n.* 4056. *ad n.* 4057- *tom.* 1. Quibus ſtantibus obtinet Defenſor inter Expenſas ultra Functiones Taxam Mercedis ſolutæ Scriptori ſeu Copiſtæ utſupra de omnibus tranſcriptionibus ſecundum Stylum, puta, de tribus continentibus Allegationem Facti Juriſque, de duabus continentibus Reſtrictum Proceſſus Summariique, deque una continente Cumulum Juſtificationum volantium, juxta Cauſam Parmenſem indicatam ab eodem *Paleol. in prax. Succinct. prælud. n.* 42.

46. Typographo ſeu Impreſſori Camerali Romæ habenti jus privativum in materiis judicialibus Tribunalium Urbis, Merces pro edendis in lucem Scripturis cum Summariis a Defenſore ſoluta, Taxatur ſibi rigoroſe ultra Functiones inter Expenſas a Cliente repetenda ut ſupra ex ratione *Paleol. de Judic. Offc. n.* 2218. *tom.* 1. cum concluſione in terminis firmata per *Rot. deciſ.* 141. *n.* 6. *ad n.* 11. *poſt Zacch. de Salar.* ibi: *De Expenſis autem factis in* Copiis *aut Impreſſione Informationum &c. Repetat Expenſas Conſors Litis a Conſorte &c. vel Adminiſtrator a principali &c. vel a Promiſſore is, cui fuit promiſſa Refectio Expenſarum*: Regulariter autem ſumma editarum in lucem Scripturarum cum Summariis ſolet firmari modo ſequenti, ſalva ſemper veriori Taxa ſtabilita in Capitulis Affectus mutatione temporis poſſibiliter mutandis a Camera ſucceſſa in locum Congregationis Typi declaratæ a *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 27. *n.* 3. *ad n.* 4., Quod unumquodque Foliuni Scripturarum uſque ad quinquaginta Exemplaria impreſſum in Charta papyri ordinarii ſolvatur, juliis viginti ex Charactere Lecturæ Compoſitum, juliiſque quindecim ex Charactere Sylvii Compoſitum; Excepto tamen unoquoque Folio Summariorum impreſſo utſupra merente majorem ſummam nempe julium unum additum juliis aliis antedictis propter Apoſtillas Charactere Curſivo adnexas; Cum lege linearum quadragintaocto contextarum ex Syllabis vigintiquatuor uniuſcujuſque paginæ Chartæ ordinariæ; Cumque lege julii unius demendi unicuique facciatæ albæ ex prædictis ſummis paulo ante ſtabilitis; Cumque lege obuli unius ſolvendi pro unoquoque folio ulteriori ultra quinquaginta ſuperius ſtabilita impreſſo juxta Inſtrumentum Affectus diei 14. Martii 1709. notatum ab *Urſay. in Diſcept. 7. n.* 262. *ad n.* 265. *tom.* 2. *par.* 1. Quamviſque Taxatur etiam Defenſori ſumma ſaltem obulorum quinque ſolvi ſolita Compoſitori Frontiſpiciorum omnium ſummaque obulorum viginti ſaltem ſoluta Compoſitoribus Scripturarum Summariorumque, propter ſtrictiorem ſollicitioremque Compoſitionem Editionemque ex ratione illa adaptata omnibus Mechanicis iſtiuſmodi ab *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 24. ibi: *Agens multa eget patientia, & diverſis opus habet expenſis; Quia Miniſtri nolunt plus ſolito laborare.*

47. Correctori Diſtributorique Scripturarum cum Summariis etſi ſuo Juveni ſeu Copiſtæ ſeu Scriptori, Merces pro Correctione Diſtributioneque

neque a Defenſore ſoluta, Taxatur ſibi rigoroſe ultra Functiones inter Expenſas a Cliente repetenda utſupra de Stylo communiter obſervato juxta Cauſam Parmenſem indicatam a *Paleol. in prax. Succinct. prælud. n.* 42. Quo enim ad Correctionem, Taxatur Merces pro quolibet folio bis factam in juliis ſex juxta Rem judicatam in Cauſa *Tridentina Expenſarum die* 17. *Decembris* 1762. *Pro Promotore Fiſcali Eccleſiaſtico contra Sacerdotem I.* P. A. *per acta Monti Notarii AC.* ſemelque factam in juliis tribus juxta Cauſam Parmenſem indicatam a *Paleol. in prax. Succinct. prælud. n.* 42. Quo autem ad Diſtributionem, Taxatur merces pro unaquaque Scriptura in juliis tribus apud Signaturam Rotamque inque juliis ſex apud Congregationes Criminales Auditoris Cameræ Vicarii Gubernii Senatoriſque inque juliis novem apud Congregationes Cardinalium, augendis interdum uſque ad julios duodecim juxta Cauſam Parmenſem indicatam a *Paleol. in prax. Succinct. prælud. n.* 42., Dummodo tamen Diſtributor Scripturarum portet Scripturas Clientis tempore habili apud Judices ad evitandas pœnas notatas a *Paleol. de Judic. Offic. n.* 2221. *tom.* 1., reportetque Scripturas Adverſarii tempore habili apud Defenſorem ad Reſpondendum Replicandumque reſpective ex ratione ſumma aſſignata ab *Ubert. de mod. & ration. citand. in* Appendic. *de Inſtruction. Agent. Rom Cur. n.* 16. ibi : *De ſero autem* Scriptor *omnibus Scripturas defert, & ab alio Scripturas Adverſariorum reportat ; Quas Procuratori & Advocatis ad Reſpondendum conſignat, & Reſponſiones die Mercurii ante prandium omnes Prælati habere debent ; Quod ſi eſſet negocium grave, curet etiam diligens Scriptor Reſponſiones Adverſariorum, pro faciendis Replicationibus, ante noctem Dominis Prælatis diſtribuendis ; Quia his diligentiis aliquando Cauſæ vincuntur .*

48. Tabellario ſeu Portitori Epiſtolarum Pecuniarumque Merces pro tranſmiſſione illarum a Defenſore ſoluta, Taxatur ſibi rigoroſe ultra Functiones inter Expenſas a Cliente repetenda ut ſupra ex *Rot. dec.* 283. *n.* 1. *par.* 1. *recent.* ibi : *Exhibitæ fuerunt ſingulatim partitæ cum multis Apochis de Recepto Notariorum Procuratorum Advocatorum & Judicum ; Et pro tranſmiſſione Tabellariorum Epiſtolarum & Pecuniarum ad Urbem ; Quæ omnes Expenſæ de Conſuetudine ſunt neceſſariæ in Litibus ; Et in hac materia, ubi conſtat de expenſis in genere, admittitur probatio a conſuetis* Achil. &c.: uſque ad Summam ponderis valoris faſciculi foliique præfinitam ſecundum Capitula ſimilia Programmati regiſtrato apud Bullarium Particulare in *Ordination. de Solution. Portat. Litter.* 57. *diei* 11. *Februarii* 1692. *P. P. Innocentii XII.* Quatenuſque autem Documenta nova ſubito occurrentia non poſſint ſtatim ex Epiſtolis miſſisper Tabellarium publicum portari ad Defenſorem cum periculo Cauſæ juxta ſolitum teſtificatum ab *Ubert. de mod. & ration. Citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 33., Certe tunc poteſt expediri in Caſu Loci non tam longinqui ad Clientem Viator vel Pedeſter vel Equeſter ſumptibus ſuis etiam repetendis ut ſupra ex *Rot. deciſ.* 29. *n.* 14. *ad n.* 17. *par.* 16. *recent.* Idemque dicendum eſt de pecuniis non prompte miſſis per Tabellarium publicum

neque præventive assignatis penes Bancherium aliquem utpote continuo necessariis in Causa ad non patiendam ruinam júxta *Ubert. de mod. & ration. Citand. in Appendic. de Instruction. Agent. Rom. Cur. n. 77. ad n. 78.* ibi: *Si namque pecunia non sit in promptu, Causa magnum periculum currit; Proinde confert valde Principalibus, eorum Agentibus creditum apertum pro necessitatibus currentibus concedere:*; Nam tunc potest alias a Defensore, ad interpretationem promissionum in Epistolis fieri solitarum per Clientem, expediri Viator vel Pedester vel Equester sumptibus suis in casu loci non tam longinqui ut supra, sin minus in casu loci certe nimis longinqui accipi pecunia ad Cambium damno Clientis ad tradita in terminis præcisis cum ratione per *Rot. decis. 85. n. 14. ad n. 16. post Zacch. de Salar.*

49. Judici similiter Sportulæ a Defensore solutæ connumerantur inter expensas computi Taxandæ sibi rigorose a Cliente repetendas ut supra ex *Rot. decis. 283. n. 1. par. 1. recent.*, Excepto Judice Primario seu Principe Supremo exercente Officium Judicis per Rescripta Justitiæ & Gratiæ in Commissionibus & Memorialibus per Organum Ministrorum Supremorum signanter in Litibus Causisve per Organum Præfecti Signaturæ Auditorisque Sanctissimi teste *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc. 7. n. 19. & disc. 8. n. 10., & Paleol. in prax. Succinct. prælud. n. 1. & de Judic. Offic. n. 1559. ad n. 1567. tom. 1.* Quia non solum aliquas nequivit Defensor solvere Sportulas Principi Supremo uti compensatas cum Tributis constitutis ad hunc effectum ex *Zacch. de Salar. quæst. 4. n. 35. ad n. 37.*, Quandoquidem & etiam aliquas nequivit Defensor solvere Sportulas Ministris Supremis, præter aliqua emolumenta Aulicis suis pro Honorario interdum jure sigilli permissa ex *Maser. de Legat. & Nunt. lib. 1. Cap. 62. n. 1. ad n. 23.*

50. Ordinario Judici tamen, puta, Auditori Cameræ in Civilibus, non solvit Defensor Sportulas quoad Lites introductas cum Commissione possibiliter introducendas sine Commissione, per Reformationem *Constit. Universi agri 71. §. 4. n. 16. & n. 27. ad n. 28. & §. 13. n. 1. ad n. 2.* P.P. *Pauli V.* excepta Congregatione Civili ex *Paleol. de Judic. Offic. Cons. 30. §. 7. n. 1. ad n. 7. tom. 2.* confirmatamque Reformationem prædictam cum enumeratione Judicum Ordinariorum singulorum Urbis facta per *Constit. Decet Romanum §. 2.* P. P. *Innocentii XI.* expositaque summa sua apud *Paleol. de Judic. Offic. Cons. 3. n. 40. ad n. 44. tom. 2.* Ordinarioque Judici, puta, Auditori Cameræ in Criminalibus nullimode solvit Defensor Sportulas in Causis quomodolibet introductis sive adinstar Judicis Ordinarii sive adinstar Judicis Commissarii per *Constit. Universi agri 71. §. 10. n. 1.* P.P. *Pauli V.*, & *Paleol. de Judic. Offic. n. 4368. ad n. 4370. tom. 1. & Cons. 24. n. 1. ad n. 47. tom. 2.* adinstar observantiæ Hispaniarum ex *Maser. de Legat. & Nunt. lib. 1. Cap. 2. n. 3. ad n. 4.* præter materiam circa alios tractatam a *Zacch. de Salar. quæst. 72. n. 1. ad n. 42.* prohibita penitus penitusque minima etiam largitate Subjudicibus quoque explicata per *Constit. Universi agri 71. §. 12. n. 4.* P.P. *Pauli V.*

non

non obstante quocumque labore relato a *Paleol. de Judic. Offic. Conf.* 2. *n.* 104. & *Conf.* 30. §. 6. *ad* §. 9. *tom.* 2. rejectaque excusatione tenuis assignamenti per *Zacch. de Salar. quæst.* 9. *n.* 4. *ad n.* 16. Salvis tamen Viaticis occasione Expeditionis factæ eorum extra Urbem pro aliquo Crimine inquirendo stabilitis in *Constit. Rerum humanarum* §. 4. & *Constit. ad Coercenda* §. 28. P. P. *Benedicti XIV.*, & *Paleol. de Judic. Offic. n.* 3449. & *n.* 3909. *ad n.* 3963. *tom.* 1. secundum notulam Taxatam de stylo pro Substituto Judice pro Substituto Notario proque Caporali Birruariisque penes *Scannarol. de Visitat. Carcerator. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 2. *ad num.* 5.

51. Commissario Judici etiam, puta, Alicui ex Auditoribus Rotæ diversis a Judicibus Commissariis Prælatis per acta Archivii cum Taxa quoque delegatis registrata penes *Scannarol. de Visit. Carcerator. in Appendic.* §. 2. *Cap.* 4. *n.* 1., & *Paleol. de Judic. Offic. n.* 2113. *ad n.* 2115. *tom.* 1., certe solvit Defensor in omnibus Causis Propinam variam tamen, minimam puta in decem aureis, maximam puta in centum aureis, majoremque puta in aureis Taxatis a *Constit. Universi agri* 71. §. 5. *n.* 25. P.P. *Pauli V.* etiam in Causis inæstimabilibus declaratis apud Paleolũm in impressa *Constit. Justitiæ & Pacis Custodes* §. 6. P. P. *Benedicti XIV.* notatisque quoque ab *Vbert. de mod. & ration. Citand. in* Appendic. *de Instruction. Agent. Rom. Cur. n.* 55. ibi: *Deponitur Propina Centum Scutorum aureorum, si Causa est Decimarum Jurisdictionis vel Magnæ Summæ*: Adjutorique studii Auditoris Rotæ etiam solvit Defensor Victoris Honorarium scutorum trium pro extensione Decisionis Defensorque Victi Honorarium juliorum sex pro Copia Decisionis, acerrime sustentum contra Cardinalem de Luca ab Adjutore studii notissimo *Muser. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *Cap.* 31. *n.* 18. & *n.* 34. *ad n.* 36. unisone ad stylum cum prævia Communicatione Decisionis publicandæ testificatum ab *Vbert. de mod. & ration. citand. in* Appendic. *de Instruction. Agent. Rom. Cur. n.* 44. ibi: *Extensa Decisione illam studii Adjutor, antequam publicetur, Agenti solet concedere, ut Procuratori & Advocatis videndam tradat; A quibus etiam in Chartula separata aliqua notantur, quæ sint pro illius majori Declaratione; & solent Auditores salva substantia Decisionis in aliquibus morem gerere Parti; Adjutori studii pro Decisione dantur julii triginta, si sit favorabilis; Pars autem Adversa, si vult illius copiam, dat tantum julios sex.*

52. Apparitoribus seu Ministris Judicis Ordinarii Commissariique cujusvis in Civilibus inque Criminalibus, puta, Notariis, Scribis, Cursoribus, Mandatariis, Baroncellis, Exequutoribus, Custodibusque Carcerum, sic explicatis sub nomenclatura Apparitorum a *Pratej. in Thesaur. De significat. Verbor. Jur. lib.* 1. *Litt.* A. *Syllab. App. Verb.* Apparitores., pariter solvit Defensor Emolumentum juxta Taxam impressam apud Ridolphinum in *Constit. universi agri* 71. §. 19. *ad* §. 23., & *Constit. cum nos nuper* 72. §. 1. *ad* §. 13. P. P. *Pauli V.* consentaneam pro Civilibus Litibus scilicet Sacræ Rotæ ad Taxam ratiocinatam ab *Vbert.*

de mod. & ration. citand. in Appendic. *de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.* 1. *ad n.* 78. Confirmatamque pro Criminalibus Cauſis Auditoris Cameræ ſignanter per Reformationem ultimam impreſſam apud Paleolum in *Conſtit. ad coercenda* §. 28. P.P. *Benedicti XIV.* cum proviſione plurium incidentium inde inſurrectorum facta in *Conſtit. Decet Romanum* §.4. & §.6. P. P. *Innocentii XI.* cumque elucubratione mercedis prædictorum aliorumque, etiam Exploratorum Carnificumque, expoſita a *Zacch. de Salar. quæſt.* 59. *quæſt.* 60. *quæſt.* 78. *quæſt.* 79. & *quæſt.* 84.

53. Perito conſidèrato Duplicis generis juxta *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.*2. *Appendic.* 29. *n.*12. *ad n.*13., Uni nimirum Perito quaſi Judici ad æſtimanda bona Stabilia vel Mobilia ex *Paleol. de Judic. Offic. n.*1. *tom.*1. & *Rot. deciſ.*554. *n.*2. *par.*2. *recent.*, Alterique autem Perito quaſi Teſti ad inſtruendum Judicem circa Falſitatem ex *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.*2. *Appendic.*29. *n.*13., omnino ſolvit Defenſor Mercedem uti privilegiatam ex *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *Cap.*14. *n.*32., ſcilicet Perito cujuſvis Artis Scientiæve, puta, Calculatori Scriptori Medico Chirurgo Curiali Profeſſorive alteri ex *Zacch. de Salar. quæſt.*4. *n.*10. *ad n.* 16., exemplo extante reſpectu Periti Defenſoris Criminalis volentis mercedem Taxationis Computi alterius Defenſoris Criminalis pro confrontatione Actorum pro viſura Scripturárum proque congreſſu Partis cum renunciatione Deputationis inde ſequuta propter negatam ſibi mercedem prædictam in Cauſa *Romana Honorarii die* 30. *Aprilis ad diem* 3. *Julii* 1765. *Pro Defenſore I. B. contra Clientem D.N. per acta Jacobutii Notarii AC.*, Taxaturque Merces iſtiuſmodi non juxta valorem ſed juxta laborem, ſervata diſtinctione ſupradicta ex Reformatione Cardinalis de Luca confirmata in *Conſtit. Decet Romanum* §.5. *n.*8. P.P. *Innocentii XI.* ibi: *Æſtimatori vel Æſtimatoribus Judex Taxet mercedem vel Salarium moderatum ejus arbitrio abſque eo, quod habeatur ratio valoris bonorum; ideoque non poſſit nec debet vel prætendi Taxa ad rationem tot pro Centenario, ſed ſolum habeatur ratio Laboris; Qui non affectetur major in menſuris & aliis, dum juxta Decretum Æſtimatio fieri debet ad ſolam informationem & inſtructionem animi Judicis; Atque attendi debet pretium veriſimile, & quantum communi judicio res æſtimatur; Atque Judex in hoc, ubi opus fuerit, ſuum officium cum debita diligentia interponat; ut quominus fieri poteſt Partes in expenſis graventur, atque calumniarum occaſiones tollantur; Eo addito, quod ſi ex continuatis plurium annorum Locationibus vel ex aliis Probationibus deveniri poteſt ad præfatam veriſimilem notitiam juſti valoris, omitti poſſit æſtimatio.*

54. Interpreti Perito diverſo ab Interprete Examinatore igitur, ſolutum Salarium a Defenſore Taxatur non juxta valorem ſed juxta laborem ex Reformatione prædicta uniſona ad Doctrinam *Mart. Medic. deciſ.*37. *n.*7. Tum quia Interpreti Perito Scriptori ad recognoſcendam Falſitatem in Criminalibus, fuit moderata Merces Conventa pro recognitione Teſtamenti Cardinalis Cævæ in Duplis octincentis ſupra quinquaginta, utpote per AC. reducta ad duplas biſcentum, ſuſpenſa reli-

qua

qua ſumma duplarum ſexcentum quinquaginta, atque per Signaturam commiſſa in devolutivo quoad ſcuta tercentum inque ſuſpenſivo quoad ſcuta cætera, tandemque per Rotam temperate ſtabilita cum Deciſione emanata in Celebri Cauſa Romana Pecuniaria coram Cardinali Carpineo impreſſa de verbo ad verbum apud *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.2. Appendic.29. n.1. ad n.13.* ibi: *Rota exceſſum quemcumque ſupradicta reductione ad duplas biſcentum æquanimiter temperavit*:, Tum quia Interpreti Perito Magiſtro pro traductione Proceſſus Documentorumque ab idiomate extero ad idioma latinum in Civilibus viget uſus ordinariæ mercedis ſolvendæ pro pretio ad rationem julii unius pro unoquoque folio ex aſſertione *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.31.* ibi: *Mox ad concordandum de Interprete citat, ſi Proceſſus ſit alio idiomate quam latino; Etſi quidem Partes concordant, Proceſſus Interpreti conſignatur; ſin minus a Judice ex Officio eligitur; Interpreti ordinarie datur julius unus pro ſingulis foliis ſuæ Interpretationis.*

55. Teſtium Interpreti, tum in Civilibus exemplo ordinati examinis formalis ſuper articulis interrogatoriiſque notati apud *Ridolph. in prax. par.1. cap.11. n.10. ad n.11.*, tum in Criminalibus exemplo neceſſarii examinis exterorum ſurdorum mutorumve extenſi apud *Paleol. de Judic. Offic. n.3805. ad n.3817. tom.1.*, quoque ſolvit Defenſor ſalarium extra Officium Notarii in Domo Teſtis in duplo majus ſalario debito intra Officium Notarii in Cubiculo ſolito in ſumma juliorum quinque pro qualibet Seſſione duratura duabus horis, ſine præjudicio ulterioris augumenti faciendi ex ratione ſuperius allegata in numero decimoprimo trigeſimoquinto quadrageſimoprimoque de conſuetudine quotidie ſic ſervata, non obſtantibus quibuſcumque in contrarium diſpoſitis in *Conſtit. Decet Romanum §.4. n.3.* P.P. *Innocentii XI.* ibi: *In Examine Teſtium cum Interrogatoriis tam in Criminalibus quam in Civilibus, in quocumque Tribunali & Curia, quælibet ſeſſio durare debet ſpatio duarum horarum, vere & effective continuando exercitium, Nec aliquid amplius ultra julios quinque pro qualibet Seſſione accipiatur ab Interprete ſub prætextu, quod Examen fiat extra Officium*: adinſtar conſuetudinis etiam ſic cum duplicanda ſemper mercede ſervatæ favore unius Perſonæ deputatæ Interpretis Examinatoris Teſtium pro utraque Parte non obſtante Decreto regiſtrato in *Collection. Bullar. Conſtitution. & Ordination. Cap. de modo Examinandi 64. n.1. P.P. Innocentii XI.* argumento ducto a *Rot. deciſ.98. n.20. poſt Zacch. de Salar.*, & *deciſ.744. n.13. ad n.14. tom.3. par.4. recent.*

56. Quatenus agatur de Teſtibus, diſtinctis, in Nobiles cum Viatico juliorum ſeptem, inque Ignobiles cum Viatico juliorum trium, quolibet die apud Romandiolam a *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.1. cap.2. n.7. n.8. & n.17.*, Non errat ſtylus Urbis obſervans, nimirum ſummam Viatici julii unius favore Teſtis examinati in audientia coram Judice pro Cauſa minima, atque ſummam Viatici julii trini favore Teſtis examinati in Officio ab Interprete, prout ſummam Viatici ſcuti unius

julio-

juliorumque octo quotidie favore Teſtis avocati ab Hiſpania ad Urbem per Rot. *deciſ.* 104. *n.* 1. *coram Verallo* cum refectione lucri ceſſantis damnique emergentis teſte *Zacch. de Salar. quæſt.* 86. *n.* 1. *ad n.* 28. Quatenuſque agatur de aliis Perſonis Alphabetice adnotatis cum ſuis concluſionibus opportunis per *Zacch. de Salar. quæſt.* 50. *ad quæſt.* 90., Etiam Taxanda eſt congrua ſumma favore Defenſoris illam illis ſolventis de proprio utpote repetenda a Cliente ut ſupra ex Rot. *deciſ.* 141. *n.* 1. *ad n.* 11. *poſt Zacch. de Salar.*, *&* *deciſ.* 29. *n.* 14. *ad n.* 17. *par.* 16. *recent.* Prout non denegatur quoque Taxatio Expenſarum pro Muneribus Streniſque factarum a Defenſore pro Cliente opportunis temporibus neceſſariiſque occaſionibus Cauſæ Litiſve omnibus perſonis illis indicatis ab *Urſay. in Inſtit. Crim. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 90. cæteriſque Perſonis aliis notatis a Rot. *deciſ.* 15. *n.* 36. *tom.* 1. *coram Anſaldo.*, Quia præciſa Reformatione ſuper puncto hoc circa Civiliſtas in ſæpedicta *Conſtit. Univerſi agri* 71. §. 5. *n.* 25. P. P. *Pauli V.* circaque Criminaliſtas in eadem *Conſtit. Univerſi agri* 71. §. 12. *num.* 4. *P. P. Pauli V.*, poſſunt Munera multa cum Strenis ſingulis (præter infradicenda Munera cum infradicendis Strenis in dies practicata) videri apud *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent.* Rom. Cur. *n.* 14. *n.* 17. *n.* 24. *n.* 43. *&* *n.* 56., *&* Rot. *deciſ.* 53. *n.* 1. *ad n.* 2. *poſt Zacch. de Salar.* cum confutatione optima Opinionis contrariæ Cardinalis de Luca ad interpretationem Juris communis Conſtitutionum Apoſtolicarum Doctorumque Claſſicorum facta per *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 1. *ad n.* 42.

57. Munera ſequentia practicantur pro Defenſoribus ad magis charitative curandam afflictionem Clientis juxta proverbium *Zacch. de Salar. quæſt.* 52. *n.* 101. Unumque munus eſt Summa illa ſolita eis dari in ſolemnitate Feriæ Auguſti & Feriæ Natalis apud *Anſald. in Addit. ad deciſ.* 15. *ſub n.* 36. *tom.* 1. *&* *Rot. deciſ.* 43. *n.* 12. *poſt Zacch. de Salar.* ibi: *Quarta eſt ſcutorum Mille quadraginta pro Feſtis Natalitiis Advocatis &* Procuratoribus Cauſæ *per dictum tempus triginta annorum ad rationem ſcutorum viginti ſex pro quolibet anno; Sed hæc etiam partita licet per Dominos fuerit admiſſa ex quo conſuetum ſit in omni* Curia *dicto anni tempore Labores Advocatorum &* Procuratorum *aliquo munere recompenſare, ut diligentius* Patrocinio Cauſarum *incumbant; Attamen illa reduxerunt ad ſcuta octingentum*: Alterumque munus eſt Summa illa ſolita eis dari occaſione magnæ Scripturæ ex *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom.* Cur. *n.* 14. ibi: *Et ſi Negocium ſit longum Scripturæ multæ prolixæ, ſolent etiam dari* Cauſæ Patrono *& Advocato duo ſcuta aurea vel plus ad menſuram laboris, ut eſſet aliquod regale ſeu munus valoris trium vel quatuor ſcutorum, quod etiam fit in Solemnitatibus Natalitiis*: Aliudque munus eſt Summa illa ſolita eis dari in Caſu victoriæ Litis Cauſæve ex *Rot. deciſ.* 52. *n.* 7. *ad n.* 8. *poſt Zacch. de Salar.* ibi: *Pro Cauſa Dominorum De Balleonibus, quæ fuerat terminata uſque de anno* 1603., *Zeccadorus non ſolum fuit ſatisfactus juxta Stylum* Curiæ *& ejus Libros, ſed ulterius conſequutus fuerat Donativum ſcutorum tercentum*: Præter recognitionem non parvæ pecuniæ dari ſo-

ri ſolitam Juveni Scriptorique ſtudii Defenſoris ex *Uber.de mod.& rat.cit.in App.de Inſtruct.Agent.Rom.Cur.n.56.,& Rot.deciſ.53.n.2.poſt Zac.de Sal.* ibi: *Domini admiſerunt partitam ſcutorum novem pro recognitione tradita Juvenibus Procuratoris ac Notarii.*

58. Strenæ ſequentes practicantur pro Aulicis ad magis diligenter vacandum Negocio Clientis juxta Doctrinam *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.1.Cap.31.n.19.* Unaque ſtrena eſt illa, ſolita hodie juliorum trium dari ſtafferiis in ſolemnitate Feriæ Auguſti & Feriæ Natalis cum minoratione Summæ olim traditæ ab *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.14.* Alteraque ſtrena eſt illa, ſolita hodie ſcuti triplicis dari Cubiculario Ponentis Rotæ diverſa a ſtrena ſcuti unius aurei ſolvenda Subſtituto Notario, ſolitaque hodie juliorum ſex dari ſtafferio Ponentis ejuſdem occaſione Expeditionis Cauſæ cum minoratione Summæ olim traditæ ab *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.56.* Aliaque ſtrena eſt illa, ſolita hodie juliorum trium dari ſtafferio Ponentis Rotæ pro portanda Defenſori Allegatione novæ Audientiæ prout etiam pro portanda eidem Reſponſione Replicationeque cum minoratione Summæ olim traditæ a *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.1.Cap.31.n.19.* Ulterior ſtrena eſt illa, ſolita hodie juliorum trium dari ſtafferiis ſingulis Correſponſalium Rotæ, ſolitaque hodie juliorum ſex dari ſtafferio Ponentis ejuſdem in caſu notitiæ victoriæ ad differentiam caſus obtentæ Novæ Audientiæ importantis ſtrenam juliorum ſex dandam Stafferio Ponentis ſolius cum minoratione Summæ olim traditæ ab *Ubert. de mod.& ration.citand.in Appendic.de Inſtruction. Agent. Rom.Cur.n.43.* Præter ſtrenam hodie dari ſolitam ſtafferiis Ponentis Præfectique Signaturæ occaſione notitiæ victoriæ in Plena Signatura obſervatam, quoad Cauſas Romanas Ultramontanaſque in juliis ſex dandis unicuique ex ſtafferiis prædictis, quoadque Cauſas Reliquas Ciſmontanas in juliis tribus dandis unicuique ex ſtafferis prædictis cum minoratione ſummæ olim traditæ ab *Ube.de mod.& rat.cit.in Appen.de Inſtr.Ag.Rom.Cur.n.17.*

59. Criminaliſtis Defenſoribus munera deberent in duplo practicari, adinſtar Strenæ Notariorum in caſu expeditionis Cauſæ per Sententiam capientium bis julios decem cum obulis decem, ultra julios alios dividendos ſtafferiis Capitis Tribunalis & Locumtenentis Generalis, ſcilicet julios novem occaſione notitiæ victoriæ, atque julios ſex occaſione Expeditionis Cauſæ, exemplo extante in Cauſa Romana indicata a *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.30. §.11.n.12. tom.2.* Quia Munera Criminaliſtarum Defenſorum videntur nimis puſilla aut nunquam præſtita, citra Honorarium, adinſtar ſtrenarum ſtabilitarum pro Aulicis Præfecti Signaturæ Auditoriſque Papæ occaſione unici caſus, nempe, Remiſſionis cauſæ Judicis Criminalis ad Judicem Civilem, vix importantium julios tres dandos ſtafferiis, exemplo extante in Cauſa Romana indicata a *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.5. n.57. ad n.58. tom.2.* Quando Munera Strenæque id genus ſaltem deberent eſſe illa illæque olim obſervata obſervatæque pro Civiliſtis in Negocio magno apud *Ubert. de mod. & ration. citand. in Appendic.*

pendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.14. n.17. n.47. & n.56. Quæ Munera pinguia etſi jure pleno ſemper prætendenda a Criminaliſtis utique Defenſoribus, exemplo extante nuperrimo cum Re judicata in Cauſa *Romana Declarationis Innocentiæ die Lunæ* 30. *Septembris ad diem Lunæ* 7. *Octobris* 1765. *Pro Defenſore I. P. contra Fiſcum Generalem per acta Jacobutii Notarii AC.*, non influunt tamen jus parvum Criminaliſtis neutiquam Defenſoribus, nempe hodie prætendendi quid pinguius ſtrenis prædictis propter rationem Papæ in *Conſtit. ad coercenda* §. 28. *P. P. Benedicti XIV.* ſimilem rationi antiquæ diminuendi ſtrenas alias videndæ apud *Vbert. de mod. & ration. citand. in Appendic. de Inſtruction. Agent. Rom. Cur. n.74.* cum punctualiſſima diſtinctione tradita ab *Avendan. de exequend. mandat. par.1. cap.2. ſub n.14. verſic. nam licet Advocati*.

60. PRO COROLLARIO connectam præmiſſis, quod expanſa ſuperius veritate a Paragrapho primo ad Paragraphum quintum ſuper Honorario idoneo vigore L. *Præſes Provinciæ* 1. §. *in Honorariis* 10. §. *Advocatos* 11. *&* §. *Si cui cautum* 12. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* pro Defenſore operante ſub Practica Ordinaria Permiſſa ex L. *prolatam* 4. C. *de Sent. & interloquut. omn. Judic.* affini ad *Cap. qualiter & quando* 24. *il ſecondo de Accuſationib. & Inquiſitionib.*, Mox expandam ſatius veritatem in Corollario præſenti uſque ad finem ſuper Honorario immenſo vigore L. *Si pater* 34. §. *Si quis* 1. *ff. de Donationib.* pro Defenſore operante ſub Practica Œconomica Politica ex L. *in corrigendis* 1. C. *de emendat. propinquor* approbata a *Cap. cum voluntate* 54. *de Sent. excommunicat.* Quod Honorarium immenſum abſolute Credo debitum, non obſtante collaudato ſuperius enixe Defenſore quaſi Agno adinſtar Chriſti in §. 2. *n.* 2. utpote collaudando nunc etiam Defenſore quaſi Flagellatore adinſtar Chriſti ex *Can. nimium* 37. *Cauſ.* 23. *quæſt.* 4., & *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.* 29. *n.* 1. *ad n.* 21. *tom.* 2. Etenim intrepiditate ſancta unica ſua vigorioſiore ſummis viribus ſexaginta Virorum Signatorum in Exordio *Num.* 2. *ad Num.* 3., Subſtentat Defenſor principium praxis Divinæ ſecundum *Marc. cap.* 5. *n.* 9. ibi: *Quod tibi nomen eſt?*: aptum judiciis apud *Velaſc. de Judic. perfect. in Rubric.* 14. *Annot.* 3. *n.* 15. atque exemplum Papiniani expoſitum apud *Gribald. Moph. de ration. ſtudend. in jur. lib.* 1. *cap.* 21. *verſic. accedit.* ibi: *Maluit tamen Vir Optimus mortem appetere quam Delictum Principis excuſare. O Rariſſimam Probitatem! O Fortitudinem inauditam!*: Quia Defenſor hoc caſu obligatus pro validitate & juſtitia actorum ſubſtinenda ſic frangere cum veneno bono fortiſſimum venenum Bupreſtis Practicæ Œconomicæ Politicæ ſtratagemmatibus *Gloſſ. in L. hoc edicto* 1. §. *Dolum* 2. *verb deſerviant & §. non fuit* 3. *verb. etiam bonum dolum ff. de Ædilit. Edict.*, *Velaſc. de Judic. perfect. in Rubric.* 14. *Annot.* 4. *n.* 1. *ad n.* 10., & *Paleol. in prax. ſuccinct. cap.* 6. *n.* 54. & *Cap. addit.* §. 57., Exoſæque Theologis per *Soccin. Iun. conſ.* 164. *n.* 13. *ad n.* 20. *lib.* 2., *Peregrin. de Fideicommiſſ. artic.* 52. *n.* 118., & *Sanfælic. deciſ.* 62. *n.* 52. *ad n.* 54. utpote adhibitæ abſque grano Salis ex *Raynald. in obſervat. crim. can. civil. & mixt. Proem.* §. 6. *n.* 26. *ad n.* 43. *tom.* 1. exque ejuſdem Recantatione ſub numero ſeptuageſimoſeptimo Paragra-

ragraphi præsentis transcripta & *Anonym. ad Concord. Sicil.* P. P. *Benedicti XIV. in Rubric. de Artic. Secret. sub Artic.* 3. *n.* 1 *ad n.* 14. ibi: *Pacem vo, ce prætendunt, & opere destruunt*:, Exosæque Morigeris per *Godofred. in prax. crim.* §. *Judex n.* 3. *ad n.* 25. utpote adhibitæ ad usum Selim Primi ex *Zuccol. de considerationib. Politic. Moralib. Oracul.* 42. *versic. non quia salva*: exque eorumdem Rectitudine sub numero septuagesimoseptimo Paragraphi præsentis transcripta a *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 53. *n.* 32., Meretur Honorarium imminensum sic definitum in Causa *Romana Honorarii die* 23. *Januarii ad diem* 22. *Februarii* 1765. *Pro Defensore M. A. contra Clientem F. F. per acta Monti Notarii AC.* occasione Functionum Expensarumque factarum contra Provisionem Authoris Moderni circumscriptam in Causa *Prænestina Exilii die* 30. *Aprilis* 1764. *Pro Appellante F. F. contra Fiscalem Olibani per acta Monti Notarii AC.* utpote pretendentis semper procedi a Suis modo simili licet contrario etiam operibus impressis *Mirogl. in Instruction. Theoricopract. crim. cap.* 1. *n.* 2. *ad n.* 7. & *cap.* 5. *n.* 277. *ad n.* 287. *tom.* 1. & *cap.* 9. *n.* 96. *ad n.* 109. *tom.* 2., Nedum contra Subditos non Curiales tota tempestate sua, præciso casu narrato a *Paleol. de Judic. Offic. cons.* 30. §. 9. *n.* 6. *ad n.* 13. *tom.* 2., Verumetiam contra Subditos utique Curiales, præsertim coram Auditore Papæ in Causa *Romana Jurisdictionis die* 5. *ad diem* 25. *Martii* 1760. *Pro Defensore* P. C. *contra Clientem F. C. per acta Monti Notarii AC.* Cum in studio laboreque tam forti Defensores debeant Honorarium immensum sibi appetere ex *Guazzin. Jun. ad Defens. Animar. lib.* 1. *Defens.* 2. *cap.* 4. *n.* 20. ibi: *Ne adfectando quid minimum lucri Advocent pro minimo Salario, & faciant scientiam contemptibilem, ut dicit Textus in Can. &c.*

61. Practica Œconomica Politica enim est etiam ethymologice Usus Domus Regendæ Destinatus Urbi; Si veritatem originis indagetur summopere necessaria scitu secundum *Luc. cap.* 1. *n.* 2. ibi: *Tradiderunt nobis, quæ ab initio ipsi viderunt, & Ministri fuerunt sermonis*: propositum Regulæ Bonæ Suæ Super Brachio Regio per *Cavalcan. de Brach. Reg. part* 1. *n.* 4. *ad n.* 7. ibi: *Licet multi multa miscellanee in Theorica scripserunt, tamen Practicandi modum minime docuerunt, eo quia prius facere non cæperunt, ut apud* Luc. cap. 1. &c. *Ut plurimum datur tam ampla Potestas iis, qui ignorant ejus vires, nesciunt calles neque terminos illius, cui gladius datur, sed qualiter cum eo se gerit, penitus ignorat, habet ensem, & nescit digladiari; Quo fit, ut Iudices sub prætextu tam lati & absoluti Arbitrii excedant Baliam, inanem gloriam adfectantes, nedum rigide sed ut quam maxime rigidissime super dorsum pauperum inculpatorum procedant. Et contra juris terminos approbatos mores & usus consuetudinarios, Alios quippe perdunt, Alios mactant, Alios truncos reddunt, in maximum eorum animæ detrimentum necnon ad destructionem perditionemque magis Subditorum, quam ad eorum conservationem; Et quod pejus est, magna tormentorum sævitia erroneas confessiones extorquent, & Innocens punitur, & Nocens absolvitur; Et alii non desunt, qui gloriantur, cum ipsi malefecerint sub prætextu zelo & viridis justitiæ vel Rationis status (miscendo Sacra profanis); Quorum*

finis interitus, *contra quos Sacra Pagina invehit*, *Noli æmulari malignantibus*, *Neque zelaveris facientibus iniquitatem &c.* unisone ad alteram veritatem *Ecclesiastic. cap.*27. *n.*28. *ad n.*33., *Can.veh qui dicitis* 59.*caus.*11. *quæst.*3., *Scacc. de Sent. & re judic. gloss.*14. *quæst.*18. *n.*1. *ad n.*12., & *Paleol. de Judic. Offic. n.*225. *tom.*1. corrigendum tamen ad totum cum *Locatell. dè quæstionib. judicial. inspect.*5. *n.*86., & *Cavalcan. de Testib. par.*1. *n.*123, ibi: *Noster intellectus memoria & voluutas sunt potentiæ principales Animæ; Quæ dominantur exterioribus sensuum nostrorum. Et vir fortis & Sapiens aliis dominabitur sicut seipso exterias per interiores virtutes &c.*

62. Usus Domus Regendæ Destinatus Urbi enixe est ergo eatenus Practica Œconomica Politica; quatenus admittatur principium suum ab uno Patre cum uxore Procreatore Rectoreque plurium Filiorum sub Ratione StatusDomus unius suæ;quatenusque admittatur progressus suus a pluribus Filiis effectis Patribus cum uxoribus Procreantibus Regentibusque alios Filios sub Ratioue Status Domorum plurium suarum; quatenusque admittatur proportio sua ab uno Seniore quidem Sapiente electo Protectore Regulatoreque cunctorum Patrum sub Ratione StatusDomorum omnium singularum in Pagum collectarum; quatenusque admittatur perfectio sua ab uno Heroe evecto Principe Regeque Universorum illorum sub Ratione Status Pagorum multorum prius in Oppidum posterius in Urbem postremo in Provinciam tandemque in Regnum collatorum ex Scriptoribus ad ornatum *L. necessarium* 2. *ff. de origin. jur.*, *L. pronunciatio* 195. & *L. familiæ* 196. *ff. de verbor. signific.*, *Bart. in Tract. de Testimon. n.*69. *ad n.*99., *Vacon. a Vacun. de Novissim. Declarationib. jur. civil. declar.*7.*n.*7. *declar.*8. *n.*1. *ad n.*3. *declar.*8. *n.*1. *ad n.*6. *declar.*10. *n.*1. *ad n.*7. *declar.*11. *n.*1. *ad n.*5. *decl.*18. *n.*1. *ad n.*10. *decl.*21. *n.*1. *ad n.*22. *decl.*23. *n.*1. *ad n.*5. *decl.*25.*n.*1.*ad n.*5.*decl.*26.*n.*3.*ad n.*13.& *decl.*43. *n.*1. *ad n.*37.,*Lancellott. in Tract. de Deo Opific. disp.*1.*ad disp.*12., & *Ubert. de Congressib. Legalib. in Congress.*4. §,1. *ad* 19. & *Congress.*5. §.1. *ad* 22. Qui Usus Domus Regendæ Destinatus Urbi seu Practica Œconomica Politica quæsitus Magistratibus seu Substitutis a Superiore Supremo sibi allectis in adjutores ex *Velasc. de Judic. perfect. in Rubric.*1. *Annot.*3. *n.*7.*ad n.*8., & *Vacon. a Vacun. de Novissim. Declarationib. Jur. Civil. declar.*77. *n.*1. *ad n.*9. *declar.*78. *n.*1. *ad n.*18. *declar.*79. *n.*1. *ad n.*11. *declar.*80. *n.*1. *ad n.*4. *declar.*81. *n.*1. *ad n.*4. *declar.*82. *n.*1. *ad n.*5. *declar.*83. *n.*1. *ad n.*6. & *declar.*84.*n.*1. *ad n.*9., Fuit subinde propter abusus illius quotidie vindicatos contra Magistratus seu Substitutos Inhibitus cum Subrogatione facta eis Usus Decisionis Regulandæ Destinati unicuique seu Practicæ Ordinariæ Permissæ sub Ratione Juris usque adhuc servatæ ex *L. prolatam* 4. *C. de Sentent. & interloquutionib. omn. judic.*, & *Cavalcan. de Brach. Reg. par.*1. *n.*38. *ad n.*41. Uterque seu Utraque autem semper remansit non obstante Subrogatione præfata major apud Superiorem Supremum tam sub Ratione Status respectu Practicæ Œconomicæ Politicæ quam sub Ratione Juris respectu Practicæ Ordinariæ Permissæ usque adhuc ex *Cap. dudum*

dum 14. *de præbend. & dignitat. in* 6., *Conciol. in Reſol. crim. verb.*, *Exilium Reſol.* 9. *n.* 1. *ad n.* 10., & *Paleol. de Judic. Offic. n.* 1459. *ad n.* 1562. *tom.* 1.

63. Proviſio inter cætera Particularis inita ſuper Ratione Status Rationeque Juris quoad Uſum utrumque Practicamque utramque fuit ſancita illa *L. in corrigendis* 1. *C. de emendat. propinquor*. Quod ſcilicet Magiſtratus crimina Filiorum etiamſi viventium ſub Patria Poteſtate vigore Practicæ Ordinariæ Permiſſæ cognoſcat tantum ; Paterque delicta Filiorum etiam viventium ſub propria Poteſtate vigore Practicæ Œconomicæ Politicæ cognoſcat taxative ex *Raynald. in Obſervat. crim. can. civil. & mixt. Proœm.* §. 6. *n.* 80. *ad n.* 81. *to.* 1. legendo attente tamen a Magiſtratibus circa multas declarationes forenſes non philoſophicas contra eoſdem favore Patrum factas ab eodem *Raynald. in Obſervat. crim. can. civil. & mixt. Cap.* 6. §. 3. *ad* 4. *n.* 4. *ad n.* 73. *tom.* 1. *& cap.* 14. §. 20. *n.* 1. *ad n.* 15. *tom.* 2. Quoniam uſque illuc & adhuc conſideratus Pater uti Superior parvus domus ſuæ tamquam urbis parvæ non ſecus ac conſideratus Superior uti Pater magnus urbis ſuæ tamquam domus magnæ ex *Vacon. a Vacun. de Noviſſim. Declarationib. Jur. Civil. declar.* 9. *n.* 6., Obtinuit in Filios ſecundum litteralem diſpoſitionem antedictæ L. *in corrigendis* 1. *C. de emendat. propinquor.*, utique occaſione Declinationis a bono puta morum nuncupatæ Delicti a Divo Auguſtino & *Gloſſ. in L. cum mancipium* 51. *verb. Delictum ff. de Ædilit. Edict.*, *Gloſſ. in auth. qua in provincia verb. delictum C. ubi de crim. ag. oport.*, *Pratej. in Theſaur. jur. lib.* 4. *litt. D. Syllab. del. verb. Delictum*, & *Zuff. de Legitim. Proceſſ. lib.* 1. *quæſt.* 25. *n.* 2. *ad n.* 7., neutiquam occaſione Fraudis Capitalis puta cædium nuncupatæ Criminis ex diſtinctione tradita a *L. quis ſit fugitivus* 17. §. *noxas* 18. *ff. de Ædilit. Edict.*, & *Pratej. in Theſaur. Jur. lib.* 4. *litt. C. Syllab. Cri. verb. Crimen.*, & *Farinac. quæſt.* 18. *n.* 1. *ad n.* 2. Quod ſcilicet ſub Ratione Status domus ſuæ exemplaris laudatæ in urbe poſt Vocationem eorum nuncupatam provocationem ex L. *nihil autem* 2. *ff. commun. dividun.*, L. *generaliter* 13. & L. *libertus* 14. *ff. de in jus vocand.*, & *Pratej. in Theſaur. jur. lib.* 15. *Litt. P. Syllab. Pro verb. Provocare*, prius faciat iiſdem Reformationem nuncupatam correctionem ſeu emendationem in melius ex L. *jus autem* 7. *ff. de juſtit. & jur.* L. *unde* 79. *ff. pro Soc.*, & *Pratej. in Theſaur. jur. lib.* 3. *litt. C. Syllab. Cor. verb. Corrigi & lib.* 5, *litt. E. Syllab. Eme. verb. Emendare*, poſterius detecta Pravitate cum Duritie ex Reformatione ſpreta per *Can. quiſquis* 19. *cauſ.* 2. *quæſt.* 6., & *Cap. ex parte* 23. *de verb. ſignif.*, exerceat ipſis Poteſtatem ordine ac rite puniendi ſibi conceſſam nuncupatam Animadverſionem ex *L. ſi quis in hoc* 10. C. *de Epiſcop. & Cleric.*, *Gloſſ. in L. imperium* 3. *verb. animadvertendum ff. de juriſd. omn. judic.*, & *Pratej. in Theſaur. jur. lib.* 1. *litt.* A. *Syllab. Ani. verb. Animadvertere*, non tamen ſeveriſſimam vere importantem mortem ſeu ultimum ſupplicium ex L. *nemo* 4. C. *de Summ. Trinit.*, ſed ſolummodo medicinalem nempe importantem Exilium ſeu Excommunicationem antiquam ex *Archidiac.*

diac. in Cap. venerabilem 14. n. 5. de Except., Pratej. in Thesaur. Jur. lib. 1. litt. A. Syllab. Ani. verb. Animadversio & lib. 5. litt. E. Syllab. Exc. verb. Excommunicatio, *& Foller. in prax. crim. verb. Banniantur n. 1. ad n. 2.*, proindeque requirentem causam ex *Raynald. in observat. crim. can. civil. & mixt. Proœm. §. 6. n. 57. tom. 1.*

64. Ratio Status domus suæ exemplaris laudatæ in urbe autem ad intellectum mox prægloſſatæ L. *in corrigendis 1. C. de Emendat. propinquor.* perpendenda ſecundum definitionem ſuam penes *Zuccol. de Conſiderationib. Polit. Moralib. Oracul. 11. verſic. Vis dominationis o Arcana Imperii.* adjuvandam cum regulis cæteris apud *Tiraquell. in Tract. var. tit. de Cauſ. Ceſſant. n. 3. n. 5. ad n. 9. & n. 131. ad n. 146. & lim. 3. n. 1., Menoch. de arbitrar. Judic. lib. 1. quæſt. 82. n. 1., & Scacc. de Sent. & Re judic. gloſſ. 1. quæſt. 2. n. 153. & n. 215.*, Non erat illa Ratio ſtatus inimica Rationis juris notata in Evangelio *Johannis cap. 19. n. 12.* ibi : *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris* : condemnata a Moraliſtis ex *Lancellot. de Mund. Hodiern. diſc. 11. verſic. ſi hunc dimittis tom. 1.* ultra Probum Trajanum Imperatorem apud *Zuccol. de Conſiderationib. Politic. Moralib. Oracul. 11. verſic. fuit tempus*, Sed erat illa Ratio ſtatus amica Rationis juris notata in Prophetia *Oſeæ cap. 12. n. 3.* ibi : *Judicium ergo Domini cum Juda, & Viſitatio ſuper Jacob : juxta vias ejus & juxta, adinventiones ejus reddit ei* : comprobata a Monarchicis ex *Velaſc. de Judic. perfect. in Rubric. 13. Annot. 1. n. 18.* ultra Papam Pium Quintum apud *Giurb. conſ. 1. n. 14.* ibi : *Re tamen ipſa longe melius perpenſa, exiſtimo Status Rationem a* Lege *Dei ejuſque Præceptis deviare non debere &c. Uſque adeo ut alia Status Ratio repugnaret penitus Fini &c. Cum ex Tyrannide & Atheiſmo originem duxerit, ut merito Pius Quintus eam Diaboli Rationem appellat, Ramirez &c.* : Itaque concluditur Rationem ſtatus eſſe illam uniformem Bibliæ in Libris Regum Proverbiorum Eccleſiaſticique ex *Lancellot. de Mund. Hodiern. diſc. 11. verſic. filii hujus ſæculi tom. 1.* concordante cum *Paleol. de Judic. Offic. n. 256. ad n. 267. tom. 1.* reducentem Regimen cum Rectitudine Domus ſive parvæ ſive magnæ ad exemplum Status Innocentiæ deſcripti a *Lancellot. in Tractat. de Deo Opific. diſput. 11. ſect. 19. ſubſect. 5. n. 5. & diſput. 12. ſect. 7. ſubſect. 2. n. 8.* atque addito *Ubert. de Congreſſib. Legalib. in Congreſſ. 4. §. 1. ad 19. & Congreſſ. 5. §. 1. ad 22.* attentis regulis iiſdem reſtrictis a *Paleol. de Education. Reg. Sobol. Præcept. 1. ad Præcept. 100.* perlaudatis eiſdem ad æthera penes *Freſn. de Byzantin. Famil. Stemm. 40. verſic. totus ſeceſſui divinarum Scripturarum ſe dedit.* Quia Exemplum Status Innocentiæ admittens inter Homines quaſi cognationem a natura contractam ex *Can. Charitas eſt 5. il ſecondo Cauſ. 33. quæſt. 3. de pœnit. diſt. 2.*, & *Ciazz. ad Defenſ. Reor. diſcept. 10. n. 127.* in Mundo quaſi Monaſterio vel in Monaſterio quaſi Mundo ex *Giurb. conſ. 49. n. 1.*, & *Card. de Luc. ad Concil. Trid. diſc. 13. n. 8. & de Regular. diſc. 1. §. 1. n. 12.* ſub Figura Domus Divi Franciſci Aſſiſienſis ſecundum *Cavalcan. de Teſtib. par. 1. n. 123.* ibi : *Vide Vitam Beati Franciſci de Aſſiſio* :, Docet Patrem quaſi Superiorem

rem in Filios quasi Subditos Animadversionem post Reformationem prævia Vocatione faciendam super Pravitate cum Duritie Declinationis a bono ex L. *in corrigendis* 1. *C. de emendat. propinquor.* utplurimum causatæ a deside vita ducta in Commessationibus non progressum sed præjudicium ni periculum conferentibus Societati communi profitendi per os Sanctissimam Rempublicam Patris æterni perque operas Sceleſtissimam Rempublicam Platonis ex *Can. cum dilectissimis* 2. *Caus.* 12. *quæst.* 1., & *Scacc. de Commerc.* §. 1. *quæst.* 1. *n.* 66.

65. Urbs Roma communis Patria ex *L. Roma* 33. *ff. ad Muncip.*, *L. in Orbe* 17. *ff. de stat. homin.*, *Cap. licet* 20. *de For. Competen.*, *Farinac. quæst.* 7. *n.* 12., & *Paleol. de Judic. Offic. n.* 151. *tom.* 1. equidem Propria Papæ ex *Can. Constantinus* 13. *Dist.* 96. deputantis proinde modo suo Senatorem populi ex *Cap. Fundamenta* 17. *de Election. in* 6. dantisque propterea modo suo sibi potestatem ex *Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 2. *cap.* 3. *cap.* 7. *cap.* 13. *cap.* 15. *cap.* 18. *cap.* 44. *cap.* 180. & *cap.* 181. *ac lib.* 2. *cap.* 15. *cap.* 29. *cap.* 31. *cap.* 37. *cap.* 82. *cap.* 85. & *cap.* 87. *atque lib.* 3. *cap.* 4. & *cap.* 8. condito de ordine Papæmet ex *Constit. Urbem Romam die* 25. *Maii* 1581. *P. P. Gregorii XIII.* ibi : *Privatas Leges sive Statuta, præsentibus temporibus ac negociis congruentia, sibi condere nostris auctoritate & præsidiis freti, instituerunt, a nobis confirmata &c.* : præter assertiones additas per *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.* 37. *n.* 1. *ad n.* 21., Obtinuit quasi Parens in Cives & Incolas quasi Filios, utique occasione Declinationis a bono nuncupatæ Delicti, neutiquam occasione Fraudis Capitalis autem nuncupatæ Criminis, Privilegium Provisionis Particularis concessum Patri procedendi per viam Practicæ Œconomicæ Politicæ in Filios utsupra vigore *L. in corrigendis* 1. *C. de emendat. propinquor.* adinstar Magistratus aliquorum aliorum memoratorum a *Raynald. in Observat. crim. can. civil. & mixt. Proæm.* §. 6. *n.* 38. *tom.* 1., *Scannarol. de Visit. Carcerator. lib.* 1. *cap.* 1. *sect.* 1. *ad sect.* 2., & *Paleol. in prax. Succinct. cap.* 10. *n.* 113. *ad n.* 114. citra Magistratus cæteros haud credendos Privilegium simile habuisse nisi productum in actis quasi Chirographum mandati Procuræ consideratumque in omnibus etiam pro obreptione subreptioneque obvianda ex *Cavalcan. de Brach. Reg. par.* 1. *n.* 100. *ad n.* 102. & *n.* 243., *Raynald. in Oper. Posthum. Vot.* 17. *n.* 1. *ad n.* 43., & *Paleol. de Iudic. Offic. conf.* 12. *n.* 5, *ad n.* 22. *tom.* 2. præcisis reliquis ex conscientia catholica contrita ruminatis contra Practicam Œconomicam Politicam ab eodem *Raynald. in Additionib. ad Proæm.* §. 6. *Super n.* 38. *tom.* 1. impressis post indicem *Tom.* 2. Quia, iterum præcisis reliquis ruminatis a Raynaldo, Roma utpote Urbs Amantissima Juris Civilis ex *Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 42. amplectens sibi de ordine Papæ sui Principis Provisionem Particularem Patris in Filios Sancitam in *L. in corrigendis* 1. C. *de emendat. propinquor.* vigore suæ institutæ legis privatæ in *Statut. Urb. lib.* 2. *cap.* 86., aptat sibi in Cives & Incolas Practicam Œconomicam Politicam huc usque aptatam Patri in Filios in L. *in corrigendis* 1. *C. de emendat. propinquor.* vigore suæ ejusdem legis privatæ in *Statut. Urb.*

lib.2. in Rubric. De Corrigenda Ignavia Inertis Iuventutis Cap. 87. Quæ Inſtitutio ad differentiam Practicæ Ordinariæ Permiſſæ ſtabilitæ ſuper exceſſibus perfecte commiſſis complendæ probationibus ſecuriſſimis pro punitione Iniquitatis Reorum ſecundum idem *Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 59. *& lib.* 2. *cap.* 2, *& cap.* 6., *& Paleol. de Iudic. Offic. n.* 419. *ad n.* 421. *& n.* 627. *ad n.* 632. *tom.* 1., vult Practicam Œconomicam Politicam ſtabilitam ſuper exceſſibus poſſibiliter commiſſuris compleri probationibus ſuſpicatoriis pro cavenda Innocentia Reipublicæ juxta diſtinctionem omnium traditam a *Raynald. in Obſervat. crim. can. civil. & mixt. Proæm.* §. 6. *n.* 39. *ad n.* 54. *& n.* 78. *ad n.* 81. *& n.* 99. *ad n.* 100. *tom.* 1.

66. Methodus iſthæc Urbica ergo continens omnes partes ſuperius demonſtratas in prægloſſata L. *in corrigendis* 1. C. *de emendat. propinquor.* perpenſis originalibus verbis optimis penes *Statut. Urb. lib.*2. *in Rubric. De Corrigenda Ignavia Inertis Juventutis* Cap.87. ibi : *Quoniam vero plerumque multa facinora committuntur ab iis, qui ſine induſtria, nullamque artem exercentes, cum ignavia vitam ducunt, quique ut plurimum in aleis & illicitis ludis ac barattariis, & nonnumquam etiam in Commeſſationibus, & Crapulis, aut in Meretricationibus, & Lenociniis, deſidem & infamem vitam agentes, nihilque communi Hominum Societati utilitatis conferentes, quotidie verſantur.* Ad obviandum hujuſmodi occaſionibus delictorum. *Senator Urbis una cum Conſervatoribus & Paceriis, vel ipſi Pacerii tantum, per ſingulos tres menſes, dum renovantur & creantur novi Magiſtratus Populi Romani, in ingreſſu eorum Officii admonere debent Capita Regionum Urbis; Ut quiſque ſingula Capita Hominum tam Rumanorum quam Forenſium in ſua Regione Habitantium recenſere debeat, diligenterque explorare de vita moribus artibus & facultatibus.* Unde veſtes ſericas vel Lanas mutent? *Unde anulos & alia precioſiora bona comparent? Et hæc & alia diligenter inveſtigent & exquirant; Et ſi poſtquam tales Inertes deprehendantur, & Ter moniti, ad meliorem vitæ frugem, ſe non redigerint, & ad aliquod laudabile exercitium ſe non accommodaverint;* Carcere Exiliis & aliis mulctis & pœnis etiam ad Triremes, *ipſorum arbitrio plectantur, atque damnentur, in perpetuum, vel ad tempus, & prout magis viſum fuerit expedire*:,Eſt fundamentum fortiſſimum emeritiſſime collaudandi ergo Defenſorem ſane Dignum Honorario immenſo ex *L. ſi pater* 34. §. *ſi quis* 1. *ff. de donationib.* prout in Cauſa *Romana Honorarii die* 23. *Januarii ad diem* 22. *Februarii* 1765. *Pro Defenſore M. A. contra Clientem F. F. per acta Monti Notarii AC.* Quotieſcumque ex Practica Œconomica Politica Authoris Moderni ſummo labore ſummoque ſtudio circumſcribi obtenta Proviſio cum glorioſa Reſolutione Congregationis Criminalis Auditoris Cameræ in Cauſa *Præneſtina Exilii die* 30. *Aprilis* 1764. *Pro Appellante F. F. contra Fiſcalem Olibani per acta Monti Notarii AC.*, fuerit reperta notorie deficere ſingulatim in quaduplici extremo indeſpenſabiliter verificando *Sive* Declinatione a bono *Sive* Vocatione cum Reformatione *Sive* Pravitate cum Duritie *Siveque* Animadverſione cum Poteſtate ex prægloſſata L. *in corrigendis* 1. C. *de emendat. propinquor.* conſonante cum *Statut. Urb. lib.*2. *in Rubric.*

bric. de Corrigenda Ignavia Inertis Juventutis Cap. 87. Quia Defensor in casibus similibus casui signato pro substinenda nedum validitate & justitia actorum verumetiam vita & honestate Clientis, debet frangere cum veneno bono fortissimum venenum Bupreſtis Practicæ Œconomicæ Politicæ uti demonstratæ ita demonstrandæ sub Ratione status amica Rationis Juris intra legitimos terminos approbatos mores & consuetudinarios usus juxta exclamationem *Cavalcan. de Brach. Reg. par.* 1. *n.* 4. *ad n.* 7.

67. Parteſque Methodi enim istiusmodi ad formam prægloſſatæ L. *in corrigendis* 1. C. *de emendat. propinquor.* consonantis cum *Statut. Urb. lib.* 2. *in Rubric. de Corrigenda Ignavia Inertis Juventutis Cap.* 87., reddunt magis magisque Dignum Defensorem Honorario immenso ex L. *Si pater* 34. §. *Si quis* 1. *de Donationib.* Quia cum debeat Defensor is firmare per incunabula ordinisUrbicarii perque indagationem originis veræPracticam Œconomicam Politicam verificandam in omni suo antedicto quadruplici extremo juxta formam mox adnectendam, quidem aptam tam Magistratibus Sæcularibus quam Magistratibus Ecclesiasticis tamquam ordinatoria non decisoria acta continentem ex *Can. Si in adjutorium* 7. *Dist.* 10., *Barb. in Cap. quod Clericis* 2. *n.* 8. *ad n.* 9. *de For. compet.*, *& Zuff. de legitimat. Proceſſ. quæst.* 207. *n.* 1. *ad n.* 11., debet Flagellare Defensor idem Schema Practicæ Œconomicæ Politicæ exosumque Theologicis exosumque Morigeris in casu non servatæ Rationis status amicæ Rationis juris fotum ab Authore Moderno juxtaStylum suum semper conspernendi Formas optimas regularum judicialium convicto in Operibus suismet impressis *Mirogl. in Instruction. Theoricopract. cap.* 5. *n.* 209. *ad n.* 216. *& cap.* 6. *n.* 194. *ad n.* 236. *tom.* 1. Qui inibi inter cætera condemnat ad Exilium quamdam Formam processus Tribunalium omnium Classicorumque Doctorum usufrequentissimam in Urbe & in Orbe per *Can. illi qui* 4. *cauſ.* 5. *quæst.* 5. ibi: *Diversis cruciatibus e latebris suis rigorosus Tortor exigere debet*: absque ullo tamen adducto Testimonio juris,ob nullam inibi allegatam legem sancitam favore ideæ suæ,reapse in spretum Rationis status amicæ Rationis juris stabilitæ in præallegata Prophetia *Oseæ cap.* 12. *n.* 3. ibi: *Iuxta vias ejus & juxta adinventiones ejus reddit ei*: uniformi Imperialibus Constitutionibus ex *Auth. de Trient. & Semiſſ.* §. *consideremns* 5. ibi:*Sed quia non hoc cum* Lege *agimus*, *erubescimus*: & cum cæteris concordantibus ex *Auth. Ut* Cleric. *vel Monach.* §. *si vero* 1., *Auth. de Monach.* §. *ordinatione* 9., *Auth. Ut determinat. sit Numer.* §. *dudum* 1., *Auth. de Ecclesiastic. titul.* §. *Sancimus* 1., *& Auth. Quomod. Oport. Episcop.* §. *Sancimus* 1. ibi: *Neque Civiles Leges delictum inultum relinquent, eo quod a præcedentibus nostris Imperatoribus & a nobis ipsis recte dictum est, opportere Sacras Regulas pro Legibus colere*:, Quique ibidem condemnat ad Exustionem quamdam Formam processus Thomæ Scipionis Advocati Fiscalis in Legatione Ferrariensi celebrati non contempti a *Paleol. in prax. succinct. cap.* 5. *n.* 8. *ad n.* 14. ibi: *Laudabilis profecto est istius antiqui Criminalistæ animus juvandi posteros*: absque ullo tamen adducto Testimonio Facti, ob nunquam ulli bi

apertum Librum Scipionis pro conſideratione facienda rerum,in ſpretum Rationis ſtatus amicæ Rationis juris in præfata Prophetia *Oſeæ cap.* 12. *n.*3. ibi: *Judicium ergo Domini cum Juda & Viſitatio ſuper Jacob.*: uniformi Juriſtarum concluſionibus ex *L. ſi plagis* 52. §. *in Clivo Capitolino* 2. *ff. ad Leg. Aquil.* ibi: *Reſpondi, in Cauſa jus eſſe poſitum*: & cum cæteris concordantibus ex *Can. Deus Omnipotens* 20. *cauſ.*2. *quæſt.*2. ibi: *Noluit audita judicare, priuſquam manifeſte agnoſceret, quæ dicebantur &c. Deſcendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, An non eſt ita, ut ſciam &c. Non ob aliud hæc & alia multa (quæ hic prolixitatem vitantes non inſeruimus) per ſe inquirere dignatus eſt, niſi ut nobis exemplum daret, ne præcipites in diſcutiendis & judicandis negociis eſſemus.*

68. Primum extremum igitur Practicæ Œconomicæ Politicæ ad evitandam circumſcriptionem ſecundum glorioſam Reſolutionem Congregationis Criminalis Auditoris Cameræ in antedicta Cauſa *Præneſtina Exilii die* 30. *Aprilis* 1764. *Pro Appellante F. F. contra Fiſcalem Olibani per acta Monti Notarii AC.* Conſiſtens in Declinatione a bono nuncupata Delicto ex præfirmatis ad prægloſſatam *L. in corrigendis* 1. *C. de emendat. propinquor.* ibi: *Corrigendis Minoribus pro qualitate Delicti*: concordantem cum *Statut. Urb. lib.*2. *in Rubric. de Corrigenda Ignavia Inertis Iuventutis Cap.*87. ibi: *Ad obviandum hujuſmodi occaſionibus Delictorum*: requiſitum verificari indiſpenſabiliter pro excluſione caſus Practicæ Ordinariæ Permiſſæ importantis Crimen non Delictum ex præallegatis ad prægloſſatam L. *in corrigendis* 1. *C. de emendat. propinquor.* addito pariter inconcuſſo principio apud *Raynald. in Obſervat. crim. can. civil. & Mixt. Proæm.* §.6. *n.*39. *ad. n.*57. *& n.*78. *ad n.*81. *& n.*99. *ad n.*100. *tom.*1., Verificatur per Caput Regionis unumquemque,ex Quatuordecim quoad Regionem Urbis unamquamque aſſignatis; mediante atteſtatione Capitaurorum proprieComeſtabilium propriſſimequeComitum ſtabilium numero vigenorum trigenorumve reſpective cum uno Mandatario Regionis quoad unumquemque Caput Regionis permiſſorum, ſumptorum ex cœtu Patrumfamilias ſaltem Dominorum Apothecarum ſecus Famulorum Operariorumve ex *Stat. Urb. lib.*1. *c.*18. *lib.*2. *c.*87. *& lib.*3. *c.*8. Quæ atteſtatio Comitum ſtabilium ſufficiens continere tenorem vitæ deſidis qualificatæ a Cive Incolave ductæ in Commeſſationibus cæteriſque apud *Statut. Urb. lib.*2. *in Rubric. de Corrigenda Ignavia Inertis Iuventutis Cap.*87. explicatæque ſecundum ſigna verborum & operationum efficacium inducere ſuſpicionem Declinationis a bono nuncupatæ Delicti ſi non violentam ſaltem tamen vehementem ex *Cap. litteras* 14. *de præſumptionib.*, *& Menoch. de præſumptionib. lib.*1. *quæſt.*7. *n.*1. *ad n.*59. *& quæſt.*100. *n.*11. *ad n.*12. cum juramento tamen ex *Raynald. in Additionib. ad Proæm.* §.6. *ſuper n.*80. *tom.*1. impreſſis poſt indicem *Tom.*2., Eſt probatio propria Practicæ Œconomicæ Politicæ utpote ſtabilita ſuſpicatoria a Doctoribus ſignanter *Raynald. in Obſervat. crim. Can. civil. & mixt. Proæm.* §.6. *n.*89. *& n.*99. *ad n.*100. *tom.*1. addita concluſione apta *Novar. de Gravaminib. Vaſſallor. gravam.*99. *n.*4.

*n.*4. *ad n.*5. *tom.*1. ibi : *Iuxta illud* Chi non ha arte non ha parte , *Vehemens insurgit Suspicio, quod de rapina & de criminibus vivat ; Prout continua experientia sumus in hoc evasi Doctores ; Et nullus est qui nesciat* : animadversaque conclusione ampliſſima *Politan. in Mycroscop. Statistic. cap.*3. §.34. *versic. sed ut pauca* ibi : *Utilius autem & magis necessarium quandoque Reipublicæ ac Pacis conservandæ vel reintegrandæ hoc remedium est &c. Hinc Virgilius Malvezzi in Tractatu de Tarquinio Superbo , nunquam non diffidendum esse , Docet &c.* Chi ſoſpetta ſempre , non è mai ingannato ; *Gli uomini prudenti non credono se non quello che vedono ; E di quello , che vedono , dubitano , anche sovente* : ſemper intelligenda ſecundum *Act. Apostolor. cap.*1. *n.*8. ibi : *Eritis mihi Testes* : ſcilicet de erigendis probationibus ſuſpicatoriis ſecundum acta Proceſſus non ſecundum credulitatem Proceſſantis ex *Scacc. de Sent. & re judic. Gloss.* 10. *n.*25. *Gloss.* 14. *quæst.*8. *n.*5. *ad n.*55. *quæst.*15. *n.*31. *ad n.*33. *quæst.*23. *n.*67. *ad n.*68. in minimis etiam materiis juxta *Foller. in prax. crim. verb. fiat Conteſtatio litis n.*30. ſervata regula diſtinctionis rectæ ſecundum *Raynald. in Oper. Posthum. Vot.*153. *n.*1. *ad n.*12.

69. Secundum extremum inſuper Practicæ Œconomicæ Politicæ ad evitandam circumſcriptionem ſecundum glorioſam Reſolutionem Congregationis Criminalis Auditoris Cameræ factam in antedicta Cauſa *Prænestina Exilii die* 30. *Aprilis* 1764. *Pro Appellante F. F. contra Fiscalem Olibani per acta Monti Notarii* A C. Conſiſtens in Vocatione cum Reformatione nuncupata provocatione ex præfirmatis ad prægloſſatam L. *in corrigendis* 1. C. *de emendat. propinquor.* ibi : *Quos ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non provocant , saltem correctionis medicina compellat* : concordantem cum *Statut. Urb. lib.* 2. *in Rubric. de Corrigenda Ignavia Inertis Juventutis cap.* 87. ibi : *Postquam tales Inertes deprehendantur , & Ter Moniti ad meliorem vitæ frugem se non redegerint &c.* : requiſitum indiſpenſabiliter pro incluſione caſus Practicæ Omnipotentis Patris, importantis Citationem ni Defenſionem etiam propoſitam a punctuali *Can. Serpens decepit me* 47. *cauſ.*33. *quæst.*3. *de pœnit. distinct.* 2., *Ridolph. in prax. par.* 1. *Præfat. n.* 2. *ad n.* 15., & *Paleol. de Judic. Offic. n.* 3917. *tom.* 1. & *conſ.* 25. *n.* 9. *ad n.* 16. *tom.* 2. cum alia concluſione *Ricciull. de Jur. perſonar. lib.* 4. *cap.* 61. *n.* 20., & *Raynald. in Obſervat. crim. can. civil. & mixt. Proœm.* §. 6. *n.* 96. *ad n.* 97. *tom.* 1., Verificatur per Caput Regionis mediante alloquutione ad Civem Incolamve, a Mandatario ſuo vocatum , facta coram Comitibus ſtabilibus cum comminatione deferendi tenorem vitæ Declinantis a bono ad Superiores ex *Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 18. *lib.* 2. *cap.* 87. & *lib.* 3. *cap.* 8., & *Mandoſ. de* Monitor. *quæſt.* 1. *n.* 8. & *n.* 11. adinſtar caſus apud *Cervellin. in prax. crim. tract.* 2. *cap.* 20. *n.* 1. *ad n.* 2., & *Paleol. de Judic. Offic. conſ.* 30. §. 11. *n.* 13. *ad n.* 18. *tom.* 2. Quæ alloquutio Capitis Regionis æquipollens Monitionibus illis *Tob. cap.* 1. *n.* 15. ibi : *Pergebat ergo ad omnes , qui erant in captivitate , & monita ſalutis dabat eis* : monitionibuſque ejuſdem *Tob. cap.* 10. *n.* 13. ibi : *Et appræhendentes Parentes filiam ſuam , oſculati ſunt*

eam, & dimiſerunt ire ; Monentes eam, Honorare Soceros, Diligere maritum, Regere *familiam, Gubernare domum, & ſeipſam irrepræhenſibilem exhibere* : differentibus a Monitoriis nuncupatis Præceptis ex *Ridolph. in prax. par. 2. cap. 4. n. 35.* juxta diſtinctionem juſtam *Mandoſ. de Monitor. quæſt. 1. n. 9.*, Eſt Vocatio cum Reformatione practicabiliſſima per viam Monitionum iſtarum nedum in Urbe verumetiam in Orbe ex *Can. indigne 21. cauſ. 12. quæſt. 2., Gloſſ. in Can. Deus omnipotens 20. verb. Correctionem Cauſ. 2. quæſt. 2., & Rot. deciſ. 147. n. 12. par. 14. rec.* juxta Formulam traditam a *Mandoſ. de Monitor. quæſt. 1. n. 10. ad n. 12.* ibi : *Quod Monitio ea ſit, quæ proprio ore Judicis fit, vult Gloſſa &c. Monitionis hujuſmodi Formula hæc eſt*, Dominus Judex *monuit Nominatum alterum ex Litigantibus præſentem, vel monuit ambas partes præſentes* ; Ut *compareat, vel compareant, prima vel alia juridica die coram ipſo* ; Ad *audiendam Sententiam Definitivam ſeu aliquam Interlocutoriam per ipſum Judicem ferendam*; Vel *aliquem alium actum judiciarium &c.* Hæc Monitio, *ratò in Rota, nonnumquam in Tribunali Auditoris Cameræ, frequentius vero in Tribunalibus Vicarii Papæ & Gubernatoris ac in Curia Capitolina & Tribunalibus extra Romanam Curiam fieri conſuevit &c.*

70. Tertium extremum item Practicæ Œconomicæ Politicæ ad evitandam circumſcriptionem ſecundum glorioſam Reſolutionem Congregationis Criminalis Auditoris Cameræ in antedicta Cauſa *Prænestina Exilii die 30. Aprilis 1764. Pro Appellante F. F. contra Fiſcalem Olibani per acta Monti Notarii A*C. Conſiſtens in Pravitate cum Duritie non obſtante Vocatione cum Reformatione ex præfirmatis ad prægloſſatam *L. in corrigendis 1. C. de emendat. propinquor.* concordantem cum *Statut. Urb. lib. 2. in Rubric. de Corrigenda Ignavia Inertis Juventutis cap. 87.* requiſitum indiſpenſabiliter pro incluſione contraventionis Præceptis Optimis Paternis, importantibus Curam ni Debitum æternum proficiendi ad præfinitionem *Can. paratus 2. cauſ. 23. quæſt. 1.* ibi : *Terrena iſta Reſpublica Præcepta Chriſtiana cuſtodiat* : & cæterorum concordantium ex *L. ſi paterno 15. C. de negoc. geſt., & Muſcatell. de Dignit. Decor. & Auctorit. Doctor. par. 1. n. 1. ad n. 22.*, Verificatur per Caput Regionis mediante adnotatione contra Vocatum facta a Comitibus ſtabilibus circa Cunctationem docendi vitam diverſam a repræhenſione ex *Statut. Urb. lib. 1. cap. 18. lib. 2. cap. 87. & lib. 3. cap. 8.* argumento notatorum apud *Foller. in prax. crim. verb. Accuſentur contumaciæ n. 1. ad n. 19.* Quæ adnotatio Capitis Regionis efficax deferendi ad Superiores Pravitatem cum Duritie reſultante ex Vocatione cum Reformatione haud adimpleta, ad obtinendam Reſolutionem Animadverſionis cum Poteſtate abſque Vocatione alia ex *L. ceſſante 2. C. quomod. & quand. Iud. ſent. profer. deb. præſent. part.*, Eſt Actus efficaciſſimus proceſſus ulterioris ex *Cap. artem 1. de Saggittar., & Mandoſ. de Monitor. quæſt. 30. n. 4.* ſignanter contignatus Ordini antecedenti Superiorum ſic procedendi ex *Statut. Urb. lib. 2. cap. 87.* ibi : *Admonere debent Capita Regionum* : juxta Ordinationem in terminis Practicæ Œconomicæ Politicæ ſancitam in *Conſtit. univerſi agri*

71. §. 10. *n.* 19. P.P. *Pauli V.* ibi: *Iudices, Auditores, ſeu Locumtenentes, Gubernatoris Vrbis ſeu Alterius cujuſcumque Magiſtratus, habentes Facultates procedendi præter aut contra Formam juris vel Statutorum, non utantur dictis Facultatibus, Niſi prævio Decreto dicti Gubernatoris vel Magiſtratus, concedente ſibi Facultatem ſic procedendi in illa Cauſa*: importante nullitatem ex defectu juriſdictionis in caſu proceſſus idgenus facti ſine Capitis Tribunalis antecedenti ordine ex *Paleol. de Judic. Offic. conſ.* 3. *n.* 17. *ad n.* 21. *conſ.* 19. *n.* 12. *& conſ.* 30. §. 11. *n.* 6. *ad n.* 18. *tom.* 2.

71. Quartum extremum itidem Practicæ Œconomicæ Politicæ ad evitandam circumſcriptionem ſecundum glorioſam Reſolutionem Congregationis Criminalis Auditoris Cameræ in Cauſa *Præneſtina Exilii die* 30. *Aprilis* 1764. *Pro Appellante F. F. contra Fiſcalem Olibani per acta Monti Notarii* AC. Conſiſtens in Animadverſione cum Poteſtate poſt probationem ſuſpicatoriam poſt monitionem trinam poſtque vitam inemendatam apta cuicumque Patrifamilias ex ſententia condemnatoria juris dandi mortem naturalem propriis manibus Turpatori ſcilicet Extraneo Honoris domus parvæ alienæ propter crimen tamen ſeu fraudem capitalem Adulterii ex *Auth. Ut lic. Matr. & Av. & alii. parentib.* §. *his quoque* 15., *& auth. Siquis ei quem* C. *ad Leg. Jul. de Adulter.*, *Cap. quiſquam* 2. *de cohabit. Clericor. & Mulier.*, *& Farinac. quæſt.* 118. *n.* 23. ſecus Turbatori uti Filiofamilias Honeſtatis domus magnæ communi propter delictum tantum ſeu declinationem a bono conſiderando ſub jure patrio pietate pleno ex *Gloſſ. in* L. *in corrigendis* 1. *verb. jure patrio* C. *de emendation. propinquor.* concordante cum *Statut. Urb. lib.* 2. *in Rubric. de Corrigenda Ignavia Inertis Juventutis cap.* 87. ibi: *Carcere Exiliis & Aliis mulctis & pœnis etiam ad Triremes, ipſorum arbitrio, plectantur atque damnentur, in perpetuum, vel ad tempus, & prout magis viſum fuerit expedire*: etiam apte importante ex verbis his valere expeditionem interdum abſolutionis ex *Set. de Offic. Locumtenent. cap.* 13. *n.* 1., *& Paleol. de Judic. Offic. in Appendic. Reſcript.* 16. *n.* 1. *ad n.* 20. *tom.* 1. juxta diſtinctionem individuam *Can. non afferamus* 21. *Cauſ.* 24. *quæſt.* 21., *& Raynald. in Obſervat. crim. can. civil. & mixt. Proæm.* §. 6. *n.* 71. *ad n.* 91. *tom.* 1. rejicientis Juriſtas proponentes in caſu Practicæ Œconomicæ Politicæ illum caſum notatum de Extero perempturo morte, utpote intelligenda exilio ex *Paleol. de Judic. Offic. n.* 4554. *tom.* 1., Verificatur per Caput Regionis mediante actu Comitibus ſtabilibus præſentibus facto, prævia Reſolutione Superiorum ex *Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 18. *lib.* 2. *cap.* 87. *& lib.* 3. *cap.* 8. Qui actus Capitis Regionis Æquiparandus, Actui Judicis Compromiſſarii apud *Maſer. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 20. *ad n.* 28. ex ſimilitudine utriuſque extrajudicialiter procedendi facta cum *Card. de Luc. de Iudic. diſc.* 2. *n.* 25., Actuique Judicis Curiæ illius apud *Paleol. de Judic. Offic. conſ.* 30. §. 11. *n.* 13. *ad n.* 18. *tom.* 2., Eſſet Animadverſio inexcepibiliſſima proficua ex timore ad introducendam probitatem ex *Can. ſicut* 17. *cauſ.* 33. *qu.* 3. *de pœnit. diſt.* 2. ſervata ſecrete blande ſevereque ſecundum *Tiraquell. de Legib. connubialib. in leg.* 9. *gloſ.* 1. *par.* 9. *n.* 233. *ad n.* 234.,

Qua-

Quatenus tamen procuraretur, pœnam non excedere Exilium de ſtylo *L. certa forma* 4. C. *de Iur. Fiſc. lib.* x., *& Conciol. in Reſol. Crim. verb. Exilium Reſol.* 9. *n.* 1. *ad n.* 10. Quia ſperata docilitate Animadverſi, Ictus Exilii ejuſmodi Jaculatus, eſt potentiſſima medicina, juxta experientiam continuam, mutandi Juvenem peſſimum in Juvenem probatiſſimum, occaſione duriſſimæ moræ acturæ extra nidum Paternum & Patrium, cum progreſſu ſuimet Urbis & Orbis, propter unum exemplum inter millena exempla conſiderandum de Ariſtotele, prius prodigo vitiis pleno, poſterius milite caſtrorum deſertore, poſtremo profugo fabuloſo circulatore, tandemque ſtudioſo omnium Magiſtro ex *Lancellot. de Mund. Hodiern. diſc.* 8. *verſic. erat ingenii prudentiæ tom.* 1., *& diſc.* 4. *verſic. veſtem pelliceam tom.* 2. additoque Zenone ſtoico ex violentia paſſa adoleſcenter evaſo eximie philoſopho ſic exultante valde penes *Boſſ. de Tolerand. Mal.* §. *virtus non conſtat ſine adverſario verſic & ut loco* ibi: *Quando Naufragium feci, ſecundis ventis navigavi; Ea enim me vis ſane ad philoſophiam applicuit*:

72. Clauſula quæcumque tamen Chirographi Programmatis Brevis Motuſque Proprii Poteſtatis Œconomicæ Politicæ effrænatior effrænatiſſimis clauſulis extantibus in *Conſtit. Etſi pro cunctarum* 7. P. P. *Leonis X.* reputata adinſtar graphidis pro Poteſtate Œconomica Politica Magiſtratibus conceſſa, non ſolum in Urbe ex *Conſt. cum in Curia Capitolii* 3. P. P. *Gregorii XIII.*, *Conſtit. in Curia* 2. *P. P. Siſti V.*. *& Chirograph. Reverendiſſimo Cardinal' Erba diei* 3. *Januarii* 1760. *P. P. Clementis XIII.*, ſed etiam in Orbe ex *Cavalcan. de Brach. Reg. par.* 1. *n.* 21. præter modum procedendi *Conſtit. March. lib.* 4. *cap.* 1. obſervandæ in certis caſibus in Urbe per *Farinac. quæſt.* 148. *n.* 77., *& Card. de Luc. de donat. diſc.* 21. *n.* 2. *& diſc.* 29. *n.* 7. *& n.* 13., Non inhibet pro Practica Œconomica Politica Superioris uti Patris Communicationem actorum tituli Delicti ſeu Declinationis a bono cum cumulo probationum ſuſpicatoriarum fieri Subditis uti Filiis ex *Tob. Cap.* 17. *n.* 1. ibi: *Sacramentum Regis abſcondere, bonum eſt*: etſi declarato ex *Peyrin. de Subdit. quæſt.* 1. *cap.* 15. *quæſt.* 16. *& quæſt.* 17. *tom.* 1, *& de Nigr. de Nominat. lib.* 2. *quæſt.* 39. *n.* 39. adinſtar quaſi condemnationis emanatæ a jure cum idea fabricandi Proceſſum poſt traditionem ſubditi ad mortem, non ſolum mortem non naturalem, ſed etiam mortem utique naturalem, exemplo ſignificato aſt ſpreto a *Raynald. in obſervat. crim. can. civil.*, *& mixt. cap.* 2. §. 4. *n.* 120. *ad n.* 121. *tom.* 1. ſpernendoque ſemper ſecundum *Cap. ſi quando* 5. *de Reſcript.*, *Gig. de Crim. læſ. Majeſtat. lib.* 1. *in Rubric. Qualit. in Crim. læſ. Majeſt. proced. Quæſt.* 16. *n.* 1. *ad n.* 13., *& Chartar. de Exequut. Capt. Bannit. cap. fin. n.* 327. *ad n.* 341. Quia preſcindendo a Dogmate inviolabiliſſimo *Johan. cap.* 7. *n.* 52. ibi: *Numquid Lex noſtra judicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognoverit quid faciat?*: cum declaratione clariſſima *Scacc. de Sent. & re judic. gloſſ.* 13. *n.* 3., *& Vant. de Nullitatib. in Rubric. de Nullitat. ex defect. proceſſ. n.* 30. *ad n.* 32. ibi: *Voluit ſententiam ex probationibus factis non fiendis fieri debere*:, præſcindendoque a motivo Formæ quadruplicis extremi mox expoſiti pro Practica Œconomica Politica præfinitæ a

L. in

L. in corrigendis 1. C. *de emendat. propinquor.*, & *Statut. Urb. lib.* 2. *in Rubric. de Corrigenda Ignavia Inertis Juventutis cap.* 87. ſtricte obſervandæ utpote ſtantis ſupra præter & contra formam Practicæ Ordinariæ Permiſſæ ex *Raynald. in obſervat. crim. can. civil. & mixt. Proæm.* §. 6. *n.* 39. *ad n.* 42. *tom.* 1., Inhibetur Communicatio actorum, non Perſonis emendandis compræhenſis in Proceſſu, ſed Perſonis extantibus extra Proceſſum ex *Matth. Cap.* 18. *n.* 15. ibi: *Corripe inter te, & ipſum ſolum*: juxta diſpoſitionem *Can. ſi peccaverit* 29. *cauſ.* 2. *quæſt.* 1., & *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.* 23. *n.* 6. *ad n.* 8. *tom.* 2. declaratam cum diſpoſitione *L. in corrigendis* 1. C. *de emendat. propinquor.* præter motiva alia adducta multa per *Tiraquell. de Legib. Connubialib. in Leg.* 9. *gloſ.* 1. *par.* 9. *n.* 223. *ad n.* 234. ibi: *Cum Pithagoras in Familiarem quempiam aſperius coram pluribus fuiſſet invectus, Adoleſcentem gladio perfocaſſe guttur, ajunt, Ex eo tempore nunquam Pythagoram quempiam alio præſente repræhendiſſe*: adinſtar Andreæ de Iſernia notati a *Paleol. de Judic. Offic. n.* 4913. *tom.* 1.

73. Tenor comprobat idipſum certius totius *Chirograph. Reverendiſſimo Cardinal' Erba die* 3. *Januarii* 1760. *P. P. Clementis XIII.* ibi: *Avendoci Voi rappreſentato, che nel voſtro Tribunale ſono frequenti quelli Caſi, ne' quali vengono inquiſite Perſone Eccleſiaſtiche Clauſtrali e Regolari coſtituite in Grado e Dignità Riguardevoli, benchè mere Laiche, inſignite d' altro Carattere Riſpettabile*; Per cui ogni motivo di prudenza richiede non vengano infamate con lo ſtrepito e figura di Giudizio: *E così ancora ſi deducano delitti, quali la publica Modeſtia impediſce, che non ſi rendino noti colla Publicazione de' Proceſſi, ma altresì la Giuſtizia non permette, che reſtino del tutto impuniti; E perciò credevate in queſti Caſi eſſer più eſpediente il ſervirvi di una Podeſtà Economica, quante volte ne aveſſimo conceſſo al voſtro Arbitrio e Prudenza il pieno Eſercizio*; Noi pertanto *conſiderando la voſtra iſtanza ben giuſta e coerente alle diſpoſizioni del Jus Civile e Canonico e del Sagro Concilio di Trento, e che quanto ſi crede convenevole queſta Podeſtà alli Tribunali Laici per dar pronto rimedio a quegl' inconvenienti, che ricercano un ſollecito riparo, altrettanto è neceſſario alli Tribunali Eccleſiaſtici per correggere il cattivo coſtume, ed impedire quelli mali, dalli quali può naſcere il publico ſcandalo*; Col preſente *Chirografo ſegnato di noſtra mano, e di noſtro Moto Proprio e certa ſcienza e pienezza della noſtra Aſſoluta Podeſtà; Vi Confermiamo ogni e qualunque eſercizio di queſta Podeſtà Economica, che de Jure poſſa competervi e come Veſcovo e come Giudice Ordinario, E quando faccia di biſogno vi rinoviamo, e concediamo di nuovo il libero, e pieno Eſercizio di queſta Podeſtà*: adinſtar Juris Municipalis pauloante propoſiti in *Statut. Urb. lib.* 2. *in Rubric. de Corrigenda Ignavia Inertis Juventutis cap.* 87. concordantis cum Jure Communi prius prægloſſati in *L. in corrigendis* 1. C. *de emendat. propinquor.* Quia omiſſis verbis intermediis Chirographi ejuſdem tamquam nihil aliud plus importare valentibus niſi ſubſtantialem ſenſum Proæmii integre tranſcripti amplificatum ex *Paleol. de Judic. Offic. Conſ.* 1. *n.* 29. *tom.* 2., & *Rot. deciſ.* 339. *n.* 5.

n.5. ad n.8. par.5. tom.1.rec., Concludit, etiam circa pœnas illud ſimile concluſum a Jure Municipali concordante cum Jure Communi prænotato, Tenor ultimus ipſius *Chirograph. Reverendiſſimo Cardinal Erba diei 3. Januarii* 1760. *PP. CLEMENTIS XIII.* ibi: *Volendo però, che in quanto alle pene Corporali, che s' imporranno in detto voſtro Tribunale in virtù di tal Podeſtà, non eccedino la pena della Galera a tempo da ſtenderſi ſino alla Galera per dieci anni, ſecondo le qualità e circoſtanze delli Fatti, e che delle Riſoluzioni preſe in tali Cauſe ne rendiate noi conſapevoli, come ſolete pratticare in tutte le altre cauſe, ne' quali ſi giudica coll' Ordinarie Facoltà del voſtro Tribunale*: remiſſis cunctis reſpicientibus diſpoſitionem *Conc.Trident. ſeſſ.24. de Reformat. Matrim. cap.7. & cap.8. & ſeſſ.24. de Reformat. cap.3. & cap.4.*, & *Conſtit. Juſtitiæ gladium §.4. PP. Benedicti XIV.* ad concluſiones apud *Raynald. in Obſervat. Crim. can. civil. & mixt. ad cap.27. ſupplet.1. n.1. ad n.34. & ad cap.32. ſupplet.3. n.1. ad n.195. tom.4. & Paleol. de Judic. Offic. conſ.23. num.6. ad n.8. tom.2.*

74. Concluſio eſt Certiſſima, quod debet ſic dici quidem; *Sive Clauſula ſit*, Alte baſſe viriliter rigoroſe ſimpliciter ſummarie citraque formam juris ſtatuti & ſtyli; *Sive Clauſula ſit*, Ex abrupto velo levato arbitrio libero manu regia more bellico & defenſionibus denegatis; *Sive Clauſula ſit*, De facto de plano de bono & æquo ſola veritate inſpecta ſineque ſtrepitu & figura judicii; *Sive Clauſula ſit*, Cum facultate promulgandi mutandi & alterandi Conſtitutiones Edicta & Bannimenta juxta cor ſenſum appetitum placitum libitum carnem voluntatem diſpoſitionem diſcretionem & conſcientiam ſuam; *Sive Clauſula ſit*, Cum authoritate removendi Inhibitiones quaſcumque Avocationis Appellationis Recurſus Reclamationis Supplicationis & Syndicatus niſi forte conceſſas motu proprio Regnantis Accerſito tamen Auditoque prius Superiore idgenus; *Sive Clauſula ſit*, Sub computatione Dictionum phraſiumque immoderatiorum immoderatiſſimis verbis terminiſque deductis divinatiſque per Scribentes ſuper privilegio procedendi vigore etiam *Cap. his quibus 2. de Offic. Judic.Ordinar.*, *Cap. ad noſtra 21. il terzo de Jurejurand.*, *Cap. quoniam 5. Ut lit. non conteſtat.*, *Cap. veſtra 7.* & *Cap. tua 8. De Cohabit. Cleric. & Mulier.*, *Clem. Diſpendioſa 2. de Judic.*, *Clem. paſtoralis 2. de ſent. & re judic.*, *Clem. ſæpe 2. de verbor.ſignific.*, & *Abb. in prax. judiciar. cap.2. n.5.* additis Doctorum allegationibus *Cap. novit 13. De Judic.*, & *Gloſſ. ac Bart. in Conſtit. Extravagan: Ad reprimendum 1. a verb. multorum ad verb. ex nunc ſit. Quomod. in Leſ. Majeſt. Crim. procedat. Henrici VII.* ac concluſionibus ſingulis collectis a *Bertachin. in Repertor.Jur. litt.* C. *ſyllab. clauſ. verb. clauſula par.1.* & *litt.P. ſyllab.*Pot. *verb. Poteſtas par.4.*, & *Barboſ.in Tract. Var. Tit. de Clauſul. Uſufræquent. a clauſul.1. ad clauſul.*188. atque cæteris punctualiter congeſtis a *Cavalcan. de Brach. Reg. par.1. n.7. ad n.15. n.17. n.23. n.25.* & *n.126. ad n.183.* ſecundumque etiam alios authores emeritos ſignanter *Giurb. conſ.*68. *n.* 21. & *n.* 29. *ad n.*30., *Farinac. conſ.* 103. *n.*1.

n. 1. *ad n.* 10. *lib.* 1. & *conſ.* 181. *n.* 5. & *n.* 24. *lib.* 2. & *quæſt.* 37. *n.* 71. *ad n.* 80. & *quæſt.* 39. *n.* 15. *ad n.* 31. & *quæſt.* 118. *n.* 9., Raynald. *in* Oper. *Poſthum. Vot.* 119. *n.* 1. *ad n.* 13. & *in Obſervat. Crim. Can. Civil. & mixt. cap.* 2. §. 1. *n.* 74. *ad n.* 75. *tom.* 1., & Locatell. *de quæſtionib. iudicialib. inſpect.* 5. *n.* 45. *ad n.* 56. ibi: *Ne excedas fines mandati &c. Qui igitur habet aures audiendi, audiat!*

75. Additio etiam cæterorum concinnatur enucleatius a *Gandin. de Malefic. in Rubric. de Quæſtionib.* & Torment. *n.* 4. & *in Rubric. de Mult. Quæſtionib. dependentib. a ſtatut. n.* 12., *Velaſc. de Judic. perfect. in* Rubric. 14. Annot. 2. *n.* 1. *ad n.* 4. & *Annot.* 3. *n.* 11. *ad n.* 26., *Pariſ. de Put. de Syndic. Judic. verb. Allegationes cap.* 1. *n.* 1. *ad n.* 7. *verb.* Arbitrium *cap.* 1. *n.* 1. *ad n.* 22. *cap.* 2. *n.* 1. *ad n.* 12. & *verb. Judicare cap.* 2. *n.* 1. *ad n.* 12., *Novar. de Gravaminib. Vaſſallor. gravam.* 183. *n.* 1. *ad n.* 6. & *a gravam.* 207. *ad gravam.* 212. *tom.* 1., Cancer. *var. reſol. par.* 3. *cap.* 3. *n.* 262. *ad n.* 263., Guazzin. *Sen. defenſ.* 13. *cap.* 8. *n.* 1. *defenſ.* 20. *cap.* 9. *n.* 12. *ad n.* 13. *defenſ.* 21. *cap.* 1. *n.* 1., Gig. *de crim. Læſ.* Majeſtat. *in* Rubric. *Qualit. in crim. Læſ. Majeſt. procedat. quæſt.* 3. *n.* 8. *ad n.* 10. *quæſt.* 4. *n.* 1. *ad n.* 11. & *quæſt.* 5. *n.* 1. *ad n.* 4., *Cardinal. de Luc. de Iudic. diſc.* 2. *n.* 25., & *Zuff. de Legitim. proceſſ. quæſt.* 52. *ad quæſt.* 59. *quæſt.* 64. *quæſt.* 68. *quæſt.* 80. *quæſt.* 92. *quæſt.* 95. & *quæſt.* 130., ſed magis magiſque ſecundum *Scacc. de Iudic. lib.* 1. *cap.* 50. *n.* 32. *ad n.* 37. *cap.* 51. *num.* 30. *ad n.* 32. *cap.* 52. *n.* 2. *ad n.* 7. *cap.* 53. *n.* 11. *ad n.* 50. *cap.* 61. *n.* 3. & *de Appellat. quæſt.* 17. *lim.* 15. *n.* 3. *ad n.* 9. & *quæſt.* 19. Remed. 4. *in* Rubric. *de Syndicat. n.* 1. *ad n.* 9., & *Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 1. *ad n.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 1. *ad n.* 79. *quæſt.* 8. *n.* 1. *ad n.* 6. *quæſt.* 9. *n.* 1. *ad n.* 14. *quæſt.* 13. *n.* 1. *ad n.* 3. & *lib.* 2. *cent.* 3. *caſ.* 297. *n.* 3. & *de præſumptionib. lib.* 2. *præſumpt.* 8. *n.* 3. *ad n.* 5. & *n.* 16., præter Forenſes multos Fidedignos practicantes *Ridolph. in prax. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 9. *ad n.* 160., *Piaſecc. in prax. part.* 2. *cap.* 4. *artic.* 10. *n.* 1. *ad n.* 6., *Foller. in prax. crim. par.* 4. *verb.* Pœnis *debitis feriantur n.* 78., *Damouder in prax. crim. cap.* 3. *n.* 1. *ad n.* 7., *Cervellin. in prax. civil. tract.* 5. *cap.* 1. *n.* 2. & *prax. crim. tract.* 2. *cap.* 24. *n.* 36. *ad n.* 41., *Tapp. apud Novar. de Gravaminib.* Vaſſallor. *deciſ.* 22. *n.* 1. *ad n.* 24., Rot. *deciſ.* 2. *n.* 1. *ad n.* 3. *de Reſcript. in Noviſ.*, & *deciſ.* 446. *n.* 1. *par.* 1. *deciſ.* 548. *num.* 8. *par.* 4. *tom.* 1. *deciſ.* 426. *n.* 9. *ad n.* 10. *deciſ.* 435. *n.* 7. *par.* 5. *tom.* 2. *deciſ.* 325. *n.* 12. *par.* 10. & *deciſ.* 156. *n.* 10. *par.* 18. *tom.* 1. *rec.* Quia Clauſula quæcumque adaptabilis Practicæ Œconomicæ Politicæ ſi abſtulerit acta palam audiente unoquoque aperienda de jure civili & Poſitivo inventa pro Practica Ordinaria Permiſſa, puta, Libellum exactiſſimum, Conteſtationem litis, Juramentum calumniæ, Dilationes inutiles, Ferias ſolitas, Teſtes ſuperfluos, Publicationem teſtium, Concluſionem cauſæ, Appellationem fruſtratoriam, Cæteraque apud *Piaſecc. in prax. par.* 2. *cap.* 4. *artic.* 10. *n.* 1. *ad n.* 6., & *Ridolph. in prax. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 21. *ad n.* 26., Haud abſtulit acta ſecrete abſentibus nonneceſſariis actitanda de jure naturali & Di-

vino indita pro Practica Omnipotentis Patris, puta, Petitionem qualemqualem, Citationem etiam in notoriis, Legitimationem personarum, Dilationes opportunas, Confessiones efficaces, Testes necessarios, Instrumenta valida, Scripturas probantes, Defensiones competentes Declarationem definitivam, Cæteraque apud *Cavalcan. de Brach. Reg. par.* 1. *n.* 135. *ad n.* 136., *Ridolph, in prax. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 24. *ad n.* 29., & *Raynald. in Observat. crim. can. civil. & mixt. ad cap.* 32. *supplet.* 3. *n.* 152. *ad n.* 160. *tom.* 4.

76. Defensio est ergo Danda *cap. inter quatuor* 8. *de Majorit. & obedient.*, & *Cap. susceptis* 1. *de cauf. possession. & propriet.*; Sicuti per Supplicationem factam enixe ad Auditorem Papæ fuit demandata Communicatio actorum tituli Delicti seu Declinationis a bono cum cumulo probationum suspicatoriarum Subdito uti Filio imploranti castigationem contra malitiam Processantis ex monito *Scacc. de appellat. quæst.* 17. *lim.* 15. *n.* 3. *ad n.* 9., & *Cavalcan. de Brach. Reg. par.* 1. *n.* 128. non obstante Programmate Pontificio antecedenti fautore procedendi more Practicæ Œconomicæ Politicæ in celeberrima Causa *Romana Violentarum a die* 12. *Septembris ad diem* 29. *Novembris* 1752. *Pro Defensore* M. A. P. *contra Substitutum* P. G. *Consorteſque litis per acta Paparozzii Notarii AC.* cum obinde obtenta castigatione in *Constit. ad coercenda* P. P. *Benedicti XIV.* jam prænunciata pluribus mensibus ante illam a *Paleol. in prax. succinct. cap. addit.* §. 57. *ad* 58. indeque præconizata paucis annis post ipsam a *Paleol. de Iudic. Offic. conf.* 7. *n.* 6. *ad n.* 8. *tom.* 2. Quia, præcisis vanis propositionibus testimoniorum Blateronum & Exaggeratorum nihil considerandis ex *Exod. cap.* 23. *n.* 2., *L. decurionum* 12. *C. de pæn.*, & *Scacc. de sent. & rejudic. Gloss.* 14. *quæst.* 8. *n.* 41., & præcisis virosis pestiferisque testibus familiaribus inimicis nullimode coaudiendis ex *Novell. in Tract. ad Defens. Rubric. Quæ person. accusar. non poss. n.* 17., & *Paleol. de Iudic. Offic. n.* 4280. *tom.* 1., ac præcisis variis proditionibus temerariissimorum Birruariorum & Emissariorum nimium coercendis ex *Farinac. quæst.* 56. *n.* 373. & *quæst.* 108. *n.* 44., *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.* 36. *n.* 18., *Cavalcan. de Brach. Reg. par.* 1. *n.* 73., & *Paleol. de Iudic. Offic. n.* 310. & *in Accession. Vot.* 9. *n.* 7. *ad n.* 9. *tom.* 1. *conf.* 10. *n.* 9. *tom.* 2., Voluit Auditor Papæ facto verbo cum Sanctissimo admitti exceptiones contra Personas & Dicta testium signanter repertorum, non similium Comitibus Stabilibus inclusis sed similium Famulis Operariisque exclusis a prærecitato *Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 18. *lib.* 2. *cap.* 87. & *lib.* 3. *cap.* 8. secundum Doctissimam Distinctionem suggestam a *Bart. in L. Filiusfamilias* 7. *n.* 4. *ad n.* 7. *ff. de Donationib.* approbatam ab [illegible] Doctore interveniente in confectione Statuti Urbis nuncupato *Luca Peto in prax. capitolin. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 4. addita defensionis admissione discussa apud *Paleol. de Iudic. Offic. conf.* 20. *n.* 1. *ad n.* 40. *tom.* 2.; Sinminus per Appellationem formalem exemplo Auditoris Cameræ fit Decretatio Communicationis actorum tituli Delicti seu Declinationis a bono cum cumulo probationum suspicatoriarum Subdito uti Filio implorante circum-

cumſcriptionem contra methodum Proceſſantis ex *Novar. de Gravaminib. Vaſſallor. gravam.* 207. *ad gravam.* 212. *tom.* 1. non obſtante Programmate Præpotentis Authoris Moderni procedendi more Practicæ Œconomicæ Politicæ in citata cauſa *Prænestina Exilii die* 30. *Aprilis* 1764. *Pro Appellante F. F. contra Fiſcalem Olibani Conſorteſque Litis per acta Monti Notarii* AC. Quia, præciſa regula Appellationum, etſi Remotarum, ſemper admittendarum, conſtito de nullitate injuſtitiave ſi non ſub Banca apud Cancellariam ſaltem quotidie ſub Recurſu apud Signaturam ex *Paleol. de Judic. Offic. n.* 3400. *ad n.* 3433. *& n.* 4582. *& in Acceſſion. Vot.* 19. *n.* 1. *ad n.* 23. *tom.* 1. *& conſ.* 11. *n.* 33. *ad n.* 36. *& conſ.* 25. *n.* 73. *ad n.* 100. *tom.* 2., Vult Summus Pontifex facto verbo cum Altiſſimo admitti Appellationes contra clauſulas in Conſtitutionibus Commiſſionibuſque appoſitas removendi Appellationes occaſione litium Cauſarumque ſignanter repertarum non ſimilium Practicæ Omnipotentis Patris ſecundum *Can. ſi Dominus* 93. *Cauſ.* 11. *quæſt.* 3. ibi: *Obedire oportet Deo magis quam Hominibus*: cum concordantibus *Can. ſi in adjutorium* 7. *diſt.* 10., *Can. paratus* 2. *cauſ.* 23. *quæſt.* 1., *Cap. paſtoralis* 53. & *Cap. Inquiſitioni* 71. *De Appellat.*, *Conſtit. Ad Militantis P. P. Benedicti XIV.*, *Gloſſ. in Can. Catholicus* 32. *verb. Excommunicetur cauſ.* 2. *quæſt.* 6., *Piaſecc. in prax. par.* 2. *cap.* 4. *artic.* 15. *n.* 14., *& Rot. deciſ.* 461. *n.* 2. *par.* 1. *recent.* præſertim reſultante gravamine ex qualitate ſive cauſæ ſive pœnæ ex prægloſſata *L. in corrigendis* 1. *C. de emendat. propinquor.* cum opportuna concluſione *Raynald. in obſervat. crim. can. civil. & mixt. ad cap.* 32. *ſupplet.* 3. *n.* 154. *tom.* 4. accedente ſtylo præſertim Signaturæ apud *Paleol. in prax. ſuccinct. cap.* 10. *n.* 117. *ad n.* 118. confirmato itidem Re judicata Recenti in cauſa *Venetiarum Furti die* 23. *Aprilis* 1751. *Pro Carcerato A. M. contra Recurrentem P. S. per acta Charitatis Notarii Gubernii.* ample in terminis inſtructa apud *Paleol. de Iudic. Offic. conſ.* 3. *n.* 14. *ad n.* 35. *tom.* 2. ibi: *Mandavit ſignari Commiſſionem cum Clauſula de appellatione &c. Non retardata Conſignatione mercium.*

77. Programmata iſtiuſmodi ideoque Poſita ſub Patrocinio Honorarioque immenſo ex *L. ſi pater.* 34. §. *ſi quis* 1. *ff. de Donationib.* propter ſuperioritatem ſcientiamque quamdam quæſitam Defenſori ad inducendum timorem ex *Gandin. de Malefic. in Rubric. Qualit. Advocat. circa Accuſat. ſe debean. haber. n.* 1. *ad n.* 12., *& Muſcatell. de Dignit. Decor. & Auctorit. Doctor. par.* 2. *n.* 17., Debent interpretari pro Practica Œconomica Politica in caſibus contrariis prægloſſatæ *L. in corrigendis* 1. *C. de emendat. propinquor.*, *& Statut. Urb. lib.* 2. *in Rubric. de Corrigenda Ignavia Inertis Juventutis cap.* 87., non alio modo niſi conſentanee ad *Concil. Trid. de Reform. ſeſſ.* 22. *cap.* 5., *& Paleol. de Judic. Offic. n.* 1591. *& n.* 4381. *ad n.* 4388. *tom.* 1. juxtaque ſanctionem Anaſtaſii in L. *omnes* 6. C. *ſi contr. juſ. vel utilit. public. vel per mendac. fuer. aliq. poſtulat. vel impetrat.* punctualiſſime allegatam per *Gayll. in obſervationib. practic. lib.* 2. *obſervat.* 56. *n.* 1. *ad n.* 18., ampliſſimeque cum Morigeris etiam Multis concinnatam apud *Scacc. de Iudic. lib.* 1. *cap.* 53. *n.* 33. addito Criminaliſta vere Contritiſſimo

intus os & ossa pœnitente de scriptis suis editis pro Practica Œconomica Politica scilicet *Raynald. in Observat. crim. can. civil. & mixt. Proœm.* §.6. *n.*20.*ad n.*112.*tom.*1. Quia, retractans palam omnia prius scripta inibi contra opinionem *Novar. de Gravaminib. Vassallor.gravam.*183. *n.* 1. *ad n.*6. *tom.*1. & *Rot.dec.*499.*n.*3.*ad n.*7.*par.*1.*rec.*, suasit cum effectu Cardinalibus Legatis ad nunquam utendum Practica Œconomica Politica juxta Recantationem impressam post Indicem Tomi secundi ipsius *Raynald. in Addit. ad Proœm.* §. 6. *super n.*38. *tom.*2. ibi : *Post verba, ut considerant præfati Doctores, Hanc Æconomicam Iurisdictionem, (quam Domus Gubernatricem vocat Don Franciscus Ramos), Leges & Doctores expresse concedunt Principi Supremo & etiam Legatis a Latere Proregibus Vicariis & Generalibus Locumtnentibus*; SEMPER EXHORRUI; *præsertim cum non desint argumenta, quibus ostendi potest, illam non competere* Legatis & Proregibus, *sed solummodo competere* Principi Supremo, *ut penes* Mattheu. &c. Giurb. &c., *Dicunt enim, quod Proreges intantum dictam* Potestatem Œconomicam *exercent, in quantum eis expresse concessa est a Rege, & adhuc in urgenti causa solum exercent teste* Rocc. &c., *Et per quantum in me fuit, Eminentissimi Domini Cardinales a latere* Legati *ea nou fuerunt usi &c. Et hujus meæ intentionis conscius est Illmus. & Rmus Dñus Iacobus de Zondemaria* Parmensis *tunc Bononiæ Vicelegatus &c.; Debet enim hæc* Potestas *esse distincta a Contentiosa ut per Textum in* L. Servi & Filii ff. de Furt. & in L. 1. C. de emendat. propinquor. &c. *Et quidem distincta est in genere, quia prima est privata, secunda est publica, ut ostendit* Ramos. &c. *Et distincta est grada, quia prima non exercetur ad mensuram delicti, sed solum ad congruentiam Zeli* Patrisfamilias, *qui castigat solum ad reducendum Filios ad vitam puram & ad mores inculpatos &c. Nam, ut ex* Seneca *ait Ramos,* Œconomica *Potestas* Patris *temperatissima, & quæ nisi magnæ & multæ injuriæ patientiam evicerint, non accedit ad Decretorium Stylum &c. Iterum & nunc dissuadeo, quia consultius est, ut Eminentissimi Legati utantur Potestate* Contentiosa, *in qua nec apud Deum nec apud Homines possunt male audire &c.*

78. Curiales Romæ quoad casus civiles criminalesque numeratos a *Paris. de Put. de Syndic. Judic. verb. Judicis Suprema* Potestas *cap.* 1. *n.*1 *ad n.*27., & *Cavalcan. de Brach. Reg. par.* 1. *n.* 270. servando cum distinctione concipienda secundum *Angel. de Clavas. in Summ. Verb. Judex n.*4.*tom.*1., Abbreviant controversiam, fundati in tribus exceptionibus competentibus defectui Jurisdictionis Citationis & Mandati suasis a *Scac.de Jud.lib.*1.*cap.*50.*n.*32.*ad n.*35., Obtinentque semper circumscriptionem actorum factorum per viam Practicæ Œconomicæ Politicæ cum remissione causæ ad viam Practicæ Ordinariæ Permissæ apud Signaturam ex *Paleol. in prax. succinct.cap.*10. *n.*29. Quandoquidem obtinent pariter circumscriptionem actorum sub ratione Præventionis ex *Vrsay. in Inst. crim. lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 22. *ad n.* 33. & *lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 19. *ad n.* 24. subque ratione Exceptionum numeratarum a *Cavalcan. de Brach. Reg. par.*1. *n.*94. *ad n.*110. *n.* 118. *n.*157. *n.*246. *n.*252. *n.*257. *n.*258. *ad n.*269., Prout est summa illa exceptio Exemptionis, adversus Magistratus quoscumque

que Supremos competens Defensoribus ni etiam Curialibus cæteris registratis apud *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 20. *n.* 5. *ad n.* 6. Qui Defensores ex privilegio clauso in corpore Juris, haud destructo per clausulas quascumque Privilegiorum contrariorum Practicæ Œconomicæ Politicæ exercendæ contra quascumque personas etiam cumulative ex *Gomes. in Tract. de Grat. Expectativ. quæst.* 1. *versic. ex quibus infertur*, *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 3. *n.* 262. *ad n.* 263., & *Paris. de Put. de Syndic. Jud. verb. Allegationes cap.* 1. *n.* 3. exemplo Delationis etiam armorum extenso Defensoribus ex *Farinac. cons.* 45. *n.* 1. *ad n.* 36. *tom.* 1., & *Conciol. in Resol. crim. verb. Arma Resol.* 20. *n.* 1. *ad n.* 3., Extant inseparabiliter sub Protectione & Jurisdictione Unica Supremi Principis, quoque vigore juris municipalis ex *Statut. Urb. lib.* 1 *cap.* 41., & *Scacc. de Sent.*, & *re judic. Gloss.* 7. *quæst.* 3. *lim.* 5. *n.* 29. a primo momento usque ad ultimum momentum studii Jurisprudentiæ ex *Auth. habita C. Ne Fil. pro Patr.* ibi: *Nostram laudem & protectionem omnino mereantur &c. Quibus hanc Iurisdictionem dedimus, conveniat &c. Hanc autem legem inter Imperiales Constitutiones inseri jussimus &c.* importante illam significationem *Cap. ad audientiam* 34. *de appellat.* ibi: *Postquam se & sua nostræ Protectioni subjecerat, non debuit sine cognitione aliqua sententia condemnari &c., Mandamus, quatenus sententiam denuncies non teneri*: prælertimque addito privilegio L. *Si quis* 1. & L. *leges* 2. C. *de Decurialib. lib.* XI., *Ridolph. in prax. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 69. & *par.* 3. *cap.* 4. *n.* 156., & *Rot. decis.* 9. *n.* 12. *ad n.* 14. *tom.* 1., & *decis.* 429. *n.* 1. *ad n.* 24. *tom.* 2. *par.* 5. *rec.* Ast prius extant sub Protectione Jurisdictioneque Rectoris Universitatis ex privativa Deputatione Principis observata signanter vigore Constitutionis Friderici I. commentatæ a *Scodob. in Repetit. auth. habita Codic. Ne Fil. pro Patr. a Paratit.* 1. *ad Paratit.* 22., *Tondut. de prævent. par.* 1. *cap.* 28. *n.* 45. & *n.* 56., *Zacch. de Salar. quæst.* 91. *n.* 25. *ad n.* 27., & *Paleol. de Iudic. Offic. n.* 86. *tom.* 1. cum Re judicata Auditoris Papæ in Causa *Romana Homicidii die* 16. *Aprilis* 1765. *Pro Fiscali Sapientiæ contra Fiscalem Gubernatoris per acta Charitatis Notarii Gubernii.* considerata cum contradictionibus cunctis *Raynald. in observat. crim. can. civil. & mixt. Cap.* 26. §. 9. & 10. *n.* 7. *tom.* 3. Atque posterius extant sub Protectione Jurisdictioneque Auditoris Cameræ ex privativa Deputatione Principis observata similiter vigore Constitutionis Eugenii IV. contentæ in *Extravag. Divinæ* 3. *de Privileg. int. Commun.*, *Ridolph. in prax. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 69. *ad n.* 75. & *par.* 3. *cap.* 4. *n.* 156. *ad n.* 190., & *Paleol. de Iudic. Offic. n.* 2820. *tom.* 1. cum Re judicata Auditoris Signaturæ in Causa *Romana Furti die* 1. *Februarii* 1754. *Pro Defensore A. A. contra Fiscalem Vicarii per acta Administratoris Notarii Vicariatus.* concinnata cum Constitutionibus a *Paleol. de Iudic. Of. cons.* 5. *n.* 1. *ad n.* 57. *tom.* 2. corroborataque a *Raynald. in Oper. Posthum. Vot.* 7. *n.* 1. *ad n.* 23., & *Maser. de Legat. & Nunt. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 14. ultra sanctionem vulgatissimam *Chirograph. Monsignor Prospero Marefoschi die* 24. *Julii* 1718. P. P. *Clementis XI.*

79. Auditorque Cameræ Judex Privativus Defensorum, etsi consideratus uti Pater in Filios a Cherubino ad Constitutionem septimam P.P. In-

P. P. Innocentii VIII. relatam a *Ridolph. in prax. par.*1. *cap.*1. *n.*14. ibi: *Auditor Cameræ Pater Curialium fuit appellatus*:, Nunquam uſus fuit tamen contra eoſdem Practica Œconomica Politica vigore *L. in corrigendis* 1. C. *de emend. propinquor.*, *Statut. Urb. lib.*2. *cap.*87.,& *Conſtit. Univerſi agri* 71. §.10. *n.*19. *P. P. Pauli V.* Quia, præciſo motivo prærogativæ Auditoris Cameræ obſervandi Practicam Ordinariam Permiſſam, ad exaltandum Jus Urbis inventricis ordinis judiciarii ex *Statut. Urb. lib.* 1. *cap.*42., & *Paleol. de Judic. Offic. n.*4377. *tom.*1. evitandamque Injuriam Practicæ Œconomicæ Politicæ vindicatam a *Damouder. in prax. crimin. cap.* 141. *n.* 2. vindicatamque a Principe pro Defenſoribus ex *Auth. habita* C. *Ne Fil. pro Patr.* ibi: *Quadam ſpeciali dilectione eos ab omni injuria defendamus*:, Eximuntur de jure præciſe Defenſores ab actis actitandis per viam Practicæ Œconomicæ Politicæ apud Tribunal quodcumque a primo momento uſque ad ultimum momentum ſtudii Juriſprudentiæ ex *Angel. in L. in corrigendis* 1. *n.* 3. C. *de emendat. propinquor.*, & *Scodob. in Repet. auth. habita* Codic. *Ne Fil. pro* Patr. *Paratitl.*20. *n.*7. ibi: *Objurgationem non habere*, & *Decus & Honor poſtulant*: atque cum cæteris apud *Auguſtin. de Arim. ad Angel. de Malefic. verb. Admenavit contra dictum Titium n.*2. ibi: *Non habent in Poteſtate ſicut alii*: cum punctualiſſima concluſione *Paleol. in prax. ſuccinct. cap.*10. *n.*111. *ad n.* 122. cumque Re judicata Papæ emanata per organum Auditoris ejus Secretariique Status ſuſpendentis Judicem ſic procedentem contra Defenſorem in Cauſa *Romana Juriſdictionis die* 5. *ad diem* 25. *Martii* 1760. *Pro Defenſore* P. C. *contra Clientem F. C. per acta Monti Notarii AC.* exequenda ſemper uti Sanctiſſima ex *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.*82. *n.*2. *ad n.*4. Quoniam Papa occaſione Rei judicatæ antecedentis per organum Auditoris ſui emanatæ in Cauſa *Romana Violentiarum a die* 12. *Septembris ad diem* 29. *Novembris Pro Defenſore M. A. P. contra Subſtitutum P. G. Conſorteſque Litis per acta Paparozzii Notarii AC.* conſiderans Defenſores vocatos illuminatores Orbis ex *Auth. habita C. Ne Fil. pro* Patr. ibi: *Quorum ſcientia totus illuminatur mundus*, & *ad obediendum Deo & Nobis ejus Miniſtris vita ſubjectorum informatur*:, Sancivit impoſterum reverendos eſſe a Tribunali etiam eorumdem privativo adinſtar Oraculorum pluſquam Latrunculatores Miniſtroſque cæteros ſuos in *Conſtit. ad coercenda* §.28. P.P. *Benedicti XIV.* ibi: *Ne interroghi egli ſteſſo i Curiali*: uniſone ad vocem *Vulpell. conſ.* 141. *n.*3. *ad n.*7., & Ciazz. *ad Defenſ. Reor. diſcept.*10. *n.*130. exemplo ſumpto ex R*aynald. in Obſervat. crim. can. civil. & mixt. cap.*23. §.4. *ad* 5. *n.* 290. *tom.*2. obſequente Scipionem Carantiam ſicuti Oraculum ſuum non ante ſed poſt aſcenſum a gradibus pluribus Latrunculatoris ad gradum præeminentem Defenſoris relato a *Paleol. de Judic. Offic. n.*4915. *ad n.*4916. *tom.*1. cum cæteris concluſionibus *Scacc. de ſent. & re judic. Gloſſ.*14. *quæſt.*23. *n.*55. *verſic. ſed ut ab amicis.* exindeque periculum evidenter terribile debet dici tangere eorum perſonas ex *Gribald. Moph. de ration. ſtudend. in jur. lib.*1. *cap.*21. *verſic. Tria in illis ſumma admiratione digna ſemper judicavi.* 80. Et

